UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue] Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII. prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII

**Rupert <von Deutz>**

**[Köln], M. D. XXVII.**

**VD16 B 3835**

Rvperti Abbatis Tvitiensis In Osee Prophetam Commentariorvm Liber III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71859

Visual Library

⌊Quia miſericordiam volui & non ſacrificiũ, & ſcientiam dei plus q̃ holocauſtũ⌋ Huius ſuæ ſentẽtiæ memor dñs ſemel & iterũ apud Matthæũ inuenitur. Vbi em̃ diſcumbente eo in domo eiuſdẽ Matthæi, murmurabant phariſæi dicentes eius diſcipulis: Quare cũ publicanis & peccatoribus mãducat magiſter ueſter? Non eſt (inquit) opus ualentibus medico, ſed male habẽtibus. Statimq́ ſubiungit. Euntes aũt diſcite q̃d ſit, miſericordiã uolo & nõ ſacrificiũ. Non em̃ ueni uocare iuſtos, ſed peccatores. Itẽ, ubi diſcipulis eius eſurientibus, & ſpinas ſabbato uellentibus atq; mãducantibus, cũ dixiſſent: ecce diſcipuli tui faciunt q̃d non licet eis facere ſabbatis. Ait poſt alia. Si aũt ſciretis q̃d eſt, miſericordiã uolo & nõ ſacrificiũ, nunq̃ cõdẽnaſſetis innocẽtes iſtos. Ergo cũ dicit in hoc propheta, q̃a miſericordiã uolui & nõ ſacrificiũ: dignã ſuorũ reddidit cauſam iudiciorũ, cur ſupra inter cætera dixerit. In gregibus ſuis & in armẽtis ſuis uadent ad quærendũ dñm, & nõ inuenient eũ, quia uidelicet, neq; ſecũdũ corpus, neq; ſecundũ animã miſereri nouerunt proximis, prompti ſacrificatores gregũ: immolatores armentorũ. Nã utrãq; miſericordiã ſcilicet corporis & animæ teſtatur ſe uoluiſſe illa, quã cõmemorauimus, euangelica prolocutione. Vbi em̃ peccatorẽ ſiue publicanũ recipiẽs Matthæũ dicit, eũtes diſcite quid eſt, miſericordiã uolo & nõ ſacrificiũ, illã patenter miſericordiã ſe requiſiſſe ſignificat, quæ impẽditur circa curã animarũ. Vbi uero diſcipulos ſuos eſuriẽtes, & ſabbato ſpicas uellentes à ſabbati uiolatiõe defendit dicens. Si aũt ſciretis quid eſt, miſericordiã uolo & nõ ſacrificiũ, nunq̃ cõdemnaſſetis innocentes iſtos: Ibi profecto miſericordiã, quæ proximis in corporũ neceſſitatibus impẽditur ſeſe uoluiſſe teſtatur. Igitur iudicia dñi uera ſicut lux manifeſta ſunt, & cauſa cadit carnalis Iſrahel ſiue Effraim & carnalis Iuda, q̃a certatim ſacrificiũ offerũt quod dñs nõ uult, & uiſcera miſericordiæ nõ habent quã dñs uult: q̃a holocauſta multiplicãt quæ dñs nõ requirit, & ſcientiã dei negligunt: in qua dñs & creator creaturã rationalẽ uoluit ſemp̃ & uult exerceri. Non acquieuerũt uolũtati eius, nõ executi ſunt ea q̃ ille uoluit, ſcilicet miſericordiã & ſcientiã dei. Hoc eſt q̃d continuo ſubiungit. ⌊Ipſi aũt ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactũ ibi preuaricati ſunt in me.⌋ Et ẽ ſenſus. Ipſi aũt & peccauerũt, & peccatũ ſuũ p̃ ſuperbiã defendẽdo mihiq; cõtradicẽdo: cõtra ſemetipſos & cõtra poſteros ſuos in miſericordes & crudeles extiterunt. Sed iam in iſto ſecũdi huius uoluminis finem facientes, ſequẽtis initiũ ab hoc eodem capitulo ſumamus.

Mat. 9

Mat. 12.

Miſericordia duplex ad p̃ximũ, una in aĩa, alia in corpore.

FINIS LIBRI SECVNDI.

# RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OSEE PROPHETAM COMMENTARIORVM LIBER III.

IN Canticis Canticorum dilectus amicæ ſuæ loquitur. Oſtende mihi faciem tuam amica mea, ſpecioſa mea, columba mea, ſonet uox tua in auribus meis. Vox em̃ tua dulcis, & facies tua decora. Vocis ſiue locutionis eiuſmodi nũc opportune reminiſcimur, quia uidelicet ſaluo altiori cœleſtis gratiæ uel amoris gradu, in quo dilectus Chriſtus & amica eius ſancta eccleſia cognoſcitur: nimirum ſapientis cuiuſq; animus dilectus, & ſancta ſcriptura amica uel dilecta eſt illius, quicunq; talis eſt, ut ueraciter teſtimonium ſibi perhibeat conſcientia, quod ſanctæ ſcripturæ pulchritudinem ueram & ueritatem pulchram diligat. Illius nanq; uerba ſunt hæc. Dixi ſapientiæ ſoror mea es, & prudentiam uocaui amicam meam. Dicit ergo, nunc animus ſtudioſus, et ipſa ſcripturæ præſentis admonet difficultas, ut dicat. Oſtende mihi faciem tuum, ſonet uox tua in auribus meis. Vox em̃ tua dulcis, et facies tua decora. Sanctæ huius ſcripturæ facies non niſi ſapienti unquam oſtenſa eſt, et uox eius non niſi in auribus diligẽtis unquam ſonuit, neq; alius ſcire meretur, uox eius quàm dulcis, et facies eius quàm decora ſit

Can. 2

Prouer. 7

Hui⁹ prophetæ ſcriptura difficilis.

cora ſit. Dicit em̃ ille qui ſcripſit, Quis ſapiens & intelliget iſta, intelligens & ſciet hæc? Igi
Oſee.14 tur ſemen huius dulcedinis atq; decoris authorem ſpiritũ propitium habere optantes, dile-
ctam hanc ſiue amicam inſtanter cœpto itinere ſequamur, ut faciem eius uidere, & uocẽ
audire, id eſt, & intentionem eius ſentire, & uerũ eius ſenſum inſpicere mereamur. Cum di-
xiſſet in hoc propheta dominus, quia miſericordiam uolui & nõ ſacrificium, & ſcientiã dei
plus q̃ holocauſtum, cõtinuo ſubiunxit. Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactũ, ibi
præuaricati ſunt in me. Ab iſto rurſus capitulo populi peccata incipit declamare. Vnde &
hic ad memoriam reuocandum eſt, quia (ſicut ſuperius iam diximus) ſepties hic propheta
gentis ſuæ peccatricis peccata percutit, totidemq; uicibus in aduentum ſiue ſacramentum
filij dei ſermo eius recurrit, ſingulosq; curſus in eodem terminat: nimirum ſapienti at-
q; intelligenti, qui hæc ſcire meretur, illud innuens, quod iuſtificari & à peccatis liberari ali
ter q̃ per gratiam uel fidem Chriſti nemo poſſit. Hac uice prima, quam nunc uſq; tractaui-
mus, ſic incepit, Non eſt em̃ ueritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia dei in terra.
Tandem in perſona Chriſti uenturi dixit. In tribulatione ſua mane conſurgent ad me & cę
tera: & tũc demum ad initium redargutionis redijt, dicendo, quia miſericordiam uolui &
non ſacrificium, & ſcientiam dei plus q̃ holocauſtum: ipſi autem ſicut Adã tranſgreſſi ſunt
pactum, ibi præuaricati ſunt in me. Cum em̃ dicit, quia miſericordiam uolui & ſcientiam
dei, ſubaudiendum uel reminiſcendum eſt, quod in intio capituli dixerat: nõ eſt miſericor-
dia, & nõ eſt ſcientia dei in terra. Nunc itaq; ordine cœpto proceſſuri, nõ negligenter prę-
terimus, quia duo dixit in uerſiculo præſenti. Sicut Adam tranſgreſſi ſunt, ibi præuaricati
Sicut Adam ſunt in me. Breui uerſiculo & originale peccatũ, & actualia tetigit peccata eorum. ¶ Dicen
trãſgreſſi ſunt do nanq;, ſicut Adam tranſgreſſi ſunt, actualia peccata uehementer accuſat: quia colentes
idola & cætera facientes ſcelera, nõ quomodocunq; peccauerunt, non per ignorãtiam aut
per infirmitatem deliquerunt, ſed qui nequiſſimus peccandi modus eſt, ſcienter peccantes,
ſcientes quod male facerent recedendo à domo Dauid & à templo domini quod erat in
Hieroſolymis, uitulosq; aureos colendo, peccatũ ſuum defenderunt, cõtradicendo ſanctis
prophetis, quoſcunq; dominus miſit. Vnde & ſuperius dñs dicit. Populus em̃ tuus ſicut hi
qui contradicunt ſacerdoti. Hoc nimirũ erat ita tranſgredi pactũ, ſicut tranſgreſſus eſt A-
Gen.3 dam. Ille nanq; & tranſgreſſus eſt, & tranſgreſſionẽ ſuam ſuperbe defendit, dicendo, mu-
Ibi p̃uaricati lier quã dediſti mihi ſociam, dedit mihi, de ligno & comedi. ¶ Porrò ſubiungendo, ibi præ-
ſunt in me. uaricati ſunt in me, originale reſpicit peccatũ. Ibi nanq; cũ dicit, ſubauditur in Adã. Præmi
Ro.5. ſerat em̃, ſicut Adã tranſgreſſi ſunt pactũ. Et uere in Adã præuaricati ſunt, q̃a (ut ap̃ſus ait)
per unũ hoĩem in hunc mundũ peccatũ intrauit, & per peccatũ mors: & ita in oẽs homĩes
mors pertranſit, in quo oẽs peccauerũt. Itaq; cũ dicit. Ibi præuaricati ſunt in me, bene ſæpe
dictus ap̃ſus huic in iſto quoq; ſermone cõſonat prophetæ, cauſando Iudæos & Græcos
Ro.3 oẽs ſub peccato eſſe, ſubiungendo etiã hæc. Nõ eſt em̃ diſtinctio. Oẽs em̃ peccauerũt, & e-
gent gloria dei. His dictis, continuo de peccato actuali abũdantius agit, ſcilicet de pecca-
tò idolatriæ & aureoꝝ cultu uituloꝝ, quo ſicut Adã tranſgreſſi ſunt pactũ, ut iã dictũ eſt.
Sequitur em̃. Galaad ciuitas operantium idolum, ſupplãtata ſanguine, & quaſi fau
ces virorum latronum: particeps ſacerdotum in via interficientium pergẽtes de
Galaad ciui- Sychen, quia ſcelus operati ſunt. Galaad eſt ciuitas ſita trans Iordanẽ in tribu Gad, in
tas in tribu qua idolũ primitus eſt cõſecratũ. Erat em̃ & ciuitas fugitiuoꝝ. Sed quanto celebrior, tanto
Gad. idolatriæ & maloꝝ oĩm principium fuit. Et quia iſti idola primũ cõſecrarunt, uel maxime
ſicut præſens teſtatur, in malũ adiuuerũt, iccirco primi ab Aſſyrijs capti & in captiuitatẽ du
Sychen quæ cti ſunt. Porrò, Sychen ciuitas in cõfinio decẽ tribuũ & duaꝝ, quæ poſtea Neapolis appel-
& Neapolis. lata eſt, unde tranſitus erat Iſrahelitis in Hieruſalem, Vbi ſolummodo licebat uictimas im
Exo.23. molari. Tribus ergo temporibus, quibus ſecundũ legis præceptũ populus ad templũ domi
Deu.16. ni aſcendere debebat. ſacerdotes idoloꝝ ponebant in itinere latrones, qui inſidiarẽtur pere-
gentibus, ut magis uitulos aureos in Dan & in Bethel, q̃ dominũ adorarent in Hieruſalem:
& quos reuocare nõ poterant, in eadẽ uia interficiebant. Sacerdotũ illoꝝ particeps nũc di-
citur Galaad, uidelicet eo quod Galaaditæ coniungendo ſe iniqua fœderatione, & coope-
rando ſacerdotibus in interfectione. Senſus igitur iſte eſt. Si quæras, cur dixerit, ipſi autem
trãſgreſſi

tranſgreſſi ſunt pactũ ſicut Adam, qui utiq; non per ignorantiam, ſed ſcienter per arrogan-
tiã peccauit, & peccatũ ſuũ aduerſus deũ ſeſe corripientẽ proterue defendit, Ecce effectum
ſiue opus manifeſtũ habes malæ defenſionis. Nullũ deniq; manifeſtius defenſionis eſt ex-
perimentũ, ꝗ illos interficere, quibus admiſſum non placet cõmuniter ſuſcipere peccatũ.
¶ Locus interfectionis erat Galaad, mira peruerſione, mira ſupplantatione. Debuerat nãq; Galaad ſup-
ciuitas eſſe non interficientiũ, ſed ab interfectione liberantiũ quempiã fugitiuũ ſecũdũ legẽ plantata ſan-
dñi dicẽtis: Cũq; ultor ſanguinis eũ fuerit perſecutus, nõ tradent in manus eius, qa ignorãs guine.
percuſſit proximũ eius: nec ante biduũ triduũve eius probatur inimicus & habitabit in ciui- Ioſue. 20. ii
tate illa: donec ſtet ante iudiciũ, cauſam reddens facti ſui, & moriatur ſacerdos magnus qui
fuerit in illo tẽpore. Recte ergo dicitur, ſupplantata ſanguine, qa perdito uel derelicto con-
ſtituto pacis ſuſceperat pro illo cõmutationẽ ſanguinis. Dicitur & quaſi fauces uiroꝝ latro-
nũ, qa uidelicet ſicut latrones in faucibus, id eſt cauernis locisq; abditis latentes, expoliant
prætereuntes & interficiunt: ſic in ea, quæ debuerat eſſe aſylum fugitiuorum, ſanguinarij
ſacerdotes ſimplicitati populi inſidiantes, expoliabant eos fide, interficiebant mente, &
quos decipere non poterant, ueſtibus priuabant, corpore necabant. Pro tanto ſcelere
propheta dolens exclamat. [ In domo Iſrabel vidi horrendũ. Ibi fornicatus eſt
Effraim, contaminatus eſt Iſrabel. ] Quid em̃ magis horrendũ, qd magis exclamati-
one dignũ, ꝗ iſtud accidiſſe, nõ in qualicũq; gente aut natione, ſed in domo Iſrahel, in gen-
te dei, in parte dñi, ſicut Moſes loquitur, pars aũt dñi populus eius, Iacob funiculũ hæredi-
tatis eius? Deniq; gentis alterius peccatũ in idolis error eſt: Iſrahelis aũt, q ueri & unius dei Deut. 32
notitiã habuit, legẽq; accepit, tale peccatũ horror eſt. Propterea totiens peccatũ illius po-
puli fornicationẽ appellat, & nũc qq; dicit. Ibi fornicatus eſt Effraim, cõtaminatus eſt Iſra-
hel. Effraim (ut ſæpe dictũ eſt) ipſe Hieroboã de tribu Effraim: Iſrahel uero decẽ tribus, ꝗ
illo peccante, id eſt uitulos aureos pro deo ſibi faciente, cõtaminatæ ſunt, ſequẽdo illũ. Ete-
nim ſicut cõtaminat adulterio mulier, ſic derelicto deo pplus ille cultu idolatriæ cõtamina-
tus eſt. Hęc aduerſus Iſrahel, id eſt, decẽ tribus dicta ſunt. Sed nunqd tantũmodo illis iratus
eſt? Nõne & ſup Iudã grandis ira, quã nũc uidemus pro meritis erat uetura? Sequit. [ Sed
& Iuda pone meſſem tibi, cũ conuertero captiuitatẽ populi mei. ] Ac ſi dicat. Dixi
quidẽ in initio prophetici huius ſermonis, qa nõ addã ultra miſereri domui Iſrahel, ſed ob-
liuione obliuiſcar eorũ: & domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in dño deo ſuo, & hoc ue-
rũ eſt. Nã Iſrahelis, id eſt decẽ tribuũ captiuitas, de terra Aſſyrioꝝ nõ reuocabitur: tua ue-
ro ò Iuda tranſmigratio de Babylone eſt reducẽda poſt annos. LXX. Verũtamen cũ con-
uertero illã captiuitatẽ populi mei, cũ reduxero illos in terrã ſuã, q ex te ſupererũt digni, ut
reliquiæ ſaluẽtur pro ipſoꝝ fide & meritis, uſq; ad plenitudinẽ tẽporis, quo cõuertenda eſt
uniuerſalis captiuitas oĩs populi mei, p aduentũ ſaluatoris Chriſti: tu Iuda pone meſſem tibi
ꝗ ſecanda erit, id eſt multitudinẽ filioꝝ male natoꝝ, qbus multipliciter pullulabis, ſcito de-
metendã eſſe Romanoꝝ gladijs, ſicut nũc, imò magis ꝗ nũc decẽ tribus demetũtur, & trãſ-
ferũtur ab Aſſyrijs. Quã ob cauſam? Quibus pro meritis ſiue peccatis? Ait. [ Cum ſanare
velle Iſrabel, reuelata ẽ iniquitas Effraim, & malicia Samarię, quia operati ſunt CA. VII.
mendaciũ: & fur ingreſſus eſt ſpolians latrunculis foris. ] Et eſt ſenſus. Cum ad ſal-
uandum Iſrahel ueniſſem, illa iniquitas reuelata eſt, & illa malitia Iudæorum ſeſe expreſ-
ſit: cuius illa iniquitas Effraim, illa malicia Samariæ typus uel pcurſio fuit, qñ relicta domo
Dauid, Hieroboã ptulit, relicto dño deo, uitulos aureos colere magis elegit. Diligẽter pro-
phetiæ huius locũ hũc, quẽ nũc ingredimur, pertractare conemur memores illius dicti in
fine uoluminis, cuius ſæpe meminimus: Quis ſapiens & intelliget iſta, intelligens & ſciet
hæc: & ſcientes tanta eſſe uel talia ꝗ hic prophetali oculo puidet ac pſcribit, qualia ſi nudis
eloqueretur uerbis, nimis intolerabile eſſet audire hoĩbus illius tẽporis, ſicut diximus iã in
prohœmio pſentis opuſculi. Deniq; pecatũ Iudæ in ſaluatorẽ, cuius ſanguinẽ fudit, hic my-
ſtice deſcribit: propter qd talia facta ſunt uel fieri debuerũt in eiuſdẽ excidio gentis. Quę p-
ſpiciens, hic recte dicat, ſed & Iuda pone meſſem tibi. Cũ (inquit) ſanare uellẽ Iſrahel, reue-
lata eſt iniquitas Effraim, & malicia Samariæ. Qui nondũ ſapiens ſiue intelligens eſt, qualẽ
ſanctus prophetiæ ſpiritus loco iam dicto requirit, nihil aliud ſignificari hic arbitratur, niſi

ac ſi dictum ſit. Cum per Dauid electum meũ uellem Iſrahel inſtruere ad cognoſcẽdũ uerꝝ deum, & ad tenẽdũ firmiter ſolius nominis mei cultũ legitimũ, iniquitas filiorũ Iſrahel magis exarſit: & malicia illorum pertinacius inſaniuit, nec ante deſtiterunt, donec ad poſteros deriuato regni gubernaculo, iugũ excuſſerũt, & à domo receſſerũt eiuſdẽ Dauid, & deos ſibi fecerũt iuxta mentionẽ ſuæ iniqtatis, iuxta malicioſa deſideria cordis ſui.

Dauid Chriſti typum geſſit.

¶ Verũ ille Dauid non ſolũ pater ſecundũ carnẽ extitit ſaluatoris noſtri, uerũetiã figurã eiuſdẽ ꝑtulit ĩ mirabilibus geſtis. Regnũ eius p̄paratio fuit regni Chriſti, imò regnũ unũ eſt Chriſti & ipſius Dauid: iuxta quod & angelus ad Mariã de illo dicit.

Lu. 1.

Et dabit illi dñs deus ſedem Dauid patris eius. Econtra, Hieroboã & qui illũ ſecuti ſunt, relinquentes Dauid, typũ geſſerũt Iudæoꝝ & phariſæoꝝ, qui Chriſtũ negauerũt ante faciẽ Pilati, & dixerũt.

Ioh. 19.

Non habemus regẽ niſi Cæſarẽ: Furor ille, quo Chriſtũ cõdemnãtes, petierunt dimitti ſibi Barraban homicidã & ſeditionis authorẽ, illi malitiæ ſimilis extitit, qua illi, qui ſecuti ſunt Hierõboã, ueritatẽ dei in mendaciũ cõmutauerũt: uel (ſicut hic ſcriptũ eſt) mendaciũ operati ſunt: qa ueritate cõtempta: mendaciũ in uitulis aureis operati ſunt, & coluerũt. Igitur in uerbis iſtis ſimilitudinẽ pariter contemplemur & rem. Similitudinem, in illius ſtatu temporis, ſcilicet in eo quod ille Effraim ſiue illæ decem tribus taliter receſſerũt à domo Dauid. Rem uero, in aduentu ſaluatoris, quando Iudæi rebellantes ueritati, negauerũt eum, & populus regis hui9 eſſe noluerunt. Itaq; cum dicit: Cum ſanare uellem Iſrahel, reuelata eſt iniquitas Effraim. Ponamus ante oculos mentis & illum Dauid patrem carnis Chriſti, & hunc filium eius uerum Dauid: quia uidelicet uterq; ſuo modo Iſrahel ſanare uoluit: Ille pſalterium componẽdo, iſte carnem aſſumendo. Nam pſalterium illud manu factum, typũ fuiſſe carnis uel corporis Chriſti, teſtatur ipſe, cũ in pſalmo perſonã patris ad eundẽ filiũ, dũ in ſepulchro corpus eius quieſcit, loquentẽ introducit.

Pſal. 56

Exurge gloria mea, exurge pſalteriũ & cythara. Et ille reſpondens: Exurgã (inquit) diluculo.

Cœleſtia promiſſa Dauid primus explicauit.

¶ Illo pſalterio ſuo manu facto Dauid Iſrahel ſanare uoluit, quia nimirũ iccirco uerba cœleſtia cũ pſalterio cecinit, ut ppl'm tantũmodo terrena diligentẽ introduceret ad amorẽ & ſpem futuri regni, q̃ uera ſanitas eſt cordis. Hoc ante illũ nemo fecit, ut promiſſa cœleſtia uerbis enũciaret manifeſtis aut pœnas ignis æterni. Hoc ita uerũ eſt, ut apud Moſen fere nuſquã inuenias promiſſiones paradyſi uel regnũ dei, neq; comminationes inferni, nominibus manifeſtis: præter locum unũ in cantico Deuteronomij, ubi ſic dicit.

Deu. 32.

Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit uſq; ad inferni nouiſſima. Omnia clauſa ſunt ſub figuris, & bona quidẽ æterna ſub nomine terræ Chanaan, terræ quaſi lacte & melle manãtis: mala uero ſempiterna, ſub nominibus famis, peſtilẽtię, gladij, malarũq; beſtiaꝝ reddenda ſignificat pro meritis. Talis nanq; & ita quodã modo puerilis ſenſus erat carnalis populi in illius ſtatu temporis, ut non niſi præſentia diligere proſpera, nõ niſi præſentia metuere ſciret aduerſa. Hic primus (ut iam dictũ eſt) cœleſtis regni gloriã patenter expreſſit uerbis, addita ui muſicæ dulcedinis, & ordine compoſito diuinæ religionis, uolente domino ſanare Iſrahel, ſcilicet ut ſano corde terrena paruipenderet, cœleſtia magis deſideraret. ¶ At uero pſalteriũ iſtud ſiue hæc cythara, cui pater hoc dixit. Exurge gl'ia mea, exurge pſalterium & cythara, mlto amplius hoc egit ſic aperiendo os ſuũ, ut

Mat. 5

Matthæus ſcribit. Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſoꝝ eſt regnũ cœloꝝ, &c̃. Nimiꝝ hęc expectationi carnalis Iſrahelis, ualde contraria ſonuerunt, beatificando pauperes, mites, lugentes, eſurientes ac ſitientes iuſtitiam, miſericordes, mundicordes, pacificos, & per

Carnalis Iſrl'.

ſecutionem propter iuſtitiã ſuſtinẽtes. Aliter nanq; ſentiebat carnalis Iſrahel, ſcilicet beatos eſſe tantum illos, qui proſperarentur in uia huius ſeculi, quibus uacaret ut eſſent ſuperbi, immites, ſiue tyranni ridentes atque exultantes, quamuis in rebus peſſimis, inexpertes miſeriarum, atq; iccirco neſciẽtes compati miſeris, luxuriantes omni uoluptate cordis & corporis, belligerantes atq; bellicis elatos triumphis, ualentes ꝑ potentiã q̃s uellẽt occidere ac ꝑſequi. Profecto ſenſus hic magna erat infirmitas: ille aũt ſanare uolebat Iſrahel, ut ſane ſaperet.

Odiũ Iſrahel contra Dauid

Aduerſus utrunq; reuelata eſt iniquitas Effraim, id eſt, perſecuti ſunt eos oẽs illi qui noluerunt ſanari. Primum, quis neſciat quanta Dauid ille regni dei Pſaltes aduerſa pertulit, q̃ta mala paſſus ẽ ab illis?

2. Re. 15

Vſq; adeo quo gratis illum odio habuerũt, ut filium quoq; illius Abſalon regem ſibi facerent, quia non alium habuerunt, quo duce conſurgentes regno eum depellerent. Mortuo Abſalon ſecuti ſunt Seba filium Bochri, Illo mortuo, ſubticue-

runt uicti & inuiti per ſapientiam eiuſdem Dauid filijq; eius Salomonis: ſed deinde mox
ubi occaſio data eſt per imprudentiam Roboam, ceruices ſuas excuſſerunt, regemq; alium
& deos alienos, id eſt uitulos aureos ſibi fecerunt. Hæc fuit iniquitas Effraim, & hæc mali-
cia Samariæ: quia uidelicet Hieroboam de tribu Effraim malum hoc inique geſſit: & Sa-
maria, per quam totũ eius regnum intelligitur (fuit em̃ Metropolis decem tribuũ) hoc ip-
ſum malicioſe ſuſcepit, ſcilicet inuidendo domui Dauid, inuidendo & dedignando tri-
bui Iuda, quod ſibi tantum ex illa tribu reges deberent eſſe deſtinati. Dixerunt em̃ quodã   2.Re.19.
loco uiri Iſrahel ad regem Dauid. Quare te furati ſunt fratres noſtri uiri Iuda, & tranſduxe
runt regem & domum eius Iordanem? Et reſpõdens omnis uir Iuda, quia propinquior (in
quit) mihi eſt rex. Et reſpondens uir Iſrahel decem partibus, ait, maior ego ſum, Ita com-
mota ſeditione quidam uir Belial nomine Seba filius Bochri cecinit buccina, & ait. Non
eſt nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Iſai. ¶ Deniq; ex dictis & factis huiuſcemo   Malicia Effraim
di palam datur intelligi, quænam illa fuerit malicia Samariæ, de qua nunc loquitur hic, q̃a
nimirum ſciſſuræ illius cauſa fuit inuidentia, quæ ueraciter malicia dici poteſt: quia cuncta
malicioſarum machinamenta cogitationum parit. Maxime uero tunc iniquitas quæcunq;
ſit, malicia meretur dici, quando ſic ſe exercet ut cum ſapientia uel ratione incedere poſſit
uideri. Sapienter autem ſiue rationabil̃r Samaria feciſſe ſibi uideri poterat, ſequendo, regẽ-
q; faciendo Hieroboam de tribu Effraim: quia patriarcha Iacob cum benediceret filios Io-
ſeph Manaſſem & Effraim, iſte q̃dẽ (ait) ſcilicet Manaſſes erit in pplos & m̃ltiplicabitur:   Ge.48.
ſed frater eius iunior, maior illo erit, & ſemen illius creſcet in gentes. Et in Paralypomenon
legimus. Ruben quippe primogenitus erat Iſrahel, ſed cum uiolaſſet thorum patris ſui, da-   1.Para.5
ta ſunt primogenita eiut filijs Ioſeph filij Iſrahel. Et quidem plural̃r dixit filijs Ioſeph, ſed
cum ille (ut iam dictum eſt) Effraim iuniorem priori prætulerit, iure ſibi tribus Effraim de
primogenitis uidebat gloriari. Itaq; peccatum Samariæ recedentis à domo Dauid & inui
dentis tribui Iudæ, ut ex ea reges aut principes deberent germinari, recte malicia debuit
nuncupari: quia cum contra ueritatem & rationem ageret, rationis & diuinæ authoritatis
patricinio non carere ſibi uiſa eſt. ¶ Et notandum qualiter dixerit huic, reuelata eſt iniqui-   Antiqua malicia Iſrahel.
tas Effraim & malicia Samariæ. Non dixit, exorta eſt ſiue oriri cœpit iniquitas cum ſanare
uellem Iſrahel, ſed reuelata eſt, Latebat, quàmdiu duces uł principes habebat Iſrahel, qui
illum colerent ad cultum dei qualium optimus uł maximus fuerat Dauid, Reuelabatur
autem quando morientes decedebant illi, ſicut quodam loco ſcriptura dicit. Cunq; domi-   Iud.2
nus iudices ſuſcitaret, in diebus eorum flectebatur miſericordia, & audiebat afflictorum
gemitus: & liberabat eos de cæde uaſtantium: Poſtquam autem mortuus eſſet iudex, re-
uertebantur, & m̃lto maiora faciebant, quàm fecerant patres eorum, ſequentes deos alie-
nos & adorantes eos. Non dimiſerunt adinuentiones ſuas & uiam duriſſimam, per quam
ambulare conſueuerant. Eodem modo tunc reuelata eſt eadem iniquitas, eadem malicia,
quando deceſſerat Dauid, quo regnante, nõ audebat reuelari, imò & m̃lto magis tunc reue
lata eſt, quàm eatenus aliquando reuelata fuiſſet. Prius nanq; urgente aliqua calamitate, &
clamantibus illis ad dominum cum tribularentur, ſuſcitato ſaluatore aliquo, id eſt iudice
bono, conuertebantur ad dominum, & deos alienos relinquebãt. Ex tunc autem quãdo ſic
reuelata eſt, ut illos facerent uitulos, nunquam ab eiſdem uitulis receſſerunt, ſicut manife-
ſte de ſingulis regibus ſcriptura dicit, quia à peccatis Hieroboam non receſſerũt. Hanc ini-
quitatem ſiue maliciam adhuc propheticus ſermo perſequens, protinus addit. [Quia
operati ſunt mendacium, & fur ingreſſus eſt ſpoliãs: latrunculus foris] Mendaciũ
quippe ſunt operati, dicendo de uitulis, qui utiq; non erant dij, iſti ſunt dij tui Iſrahel, qui   3.Re.12.
te eduxerunt de terra Aegypti. Ad illud opus ut fieret, & diabolus inuiſibil̃r, & Hierobo-
am uiſibil̃r operatus eſt ¶ Pulchre ergo & ueraciter dictũ, fur, ingreſſus eſt ſpolians, ſcilicet
diabolus animas furtim deuorans, per inſpiratam occulte maliciã, & latrunclus foris, uideli-
cet Hieroboam latro uiſibilis, qui foris, id eſt, exterius idola fabricans, extra domũ ſiue par
tem domini, & peccare faciens Iſrahel, nimirum grande & crudele latrociniũ fecit. ¶ Dixi   Latrunculus Hieroboam
mus, qualiter illo tempore regnante ſeu iam decedẽte Dauid, iniquitas Effraim & malicia
Samariæ reuelata fuerat, cum ſanare uellet dominus Iſrahel, dicamus nunc, qualiter

nouiſſimo tempore, cũ in aduentu ſuo ſaluator itidẽ Iſrahel ſanare uellet, ſimilis iniquitas
uel malicia, imò & multo maior ſecundũ ſimilitudinem illius reuelara ſit. Cum (inquit) ſana
Oſee. 6. re uellem Iſrahel, dicat hoc ſanator & ſaluator Iſrahel, ſanitatis illius author, de qua cum
præmiſiſſet paulo ante dicens ipſe. In tribulatione ſua mane conſurgent ad me, uerba ipſo-
rum cõſurgentium protinus intulit hoc modo. Venite & reuertamur ad dominũ, quia ipſe
cepit & ſanabit nos, de qua ſanatione ſiue ſanitate, id eſt peccatoꝝ remiſſione, primaq́; re-
ſurrectione, quæ eſt reſurrectio animæ, iam eodẽ loco dictũ eſt. Cũ eñ illa ſanitate ſanare
uellet Iſrahel, deus homo factus p̄ſentialiter atq; uiſibiliter incipiens p̄dicare, & ſic diceret:
Mat. 4. Pœnitentiã agite, appropinquabit eñ regnũ cœloꝝ, tunc reuelata eſt iniquitas Effraim &
iniquitas Samariæ, id eſt illa iniquitas Iudæoꝝ, illa malicia ſcribaꝝ & phariſæoꝝ, cuius ty
pus extitit illa iniquitas Effraim, & illa malicia Samariæ, de qua iam ſecũdũ literã uel hiſto
Cur nõ placu riã dictũ eſt. Exagitauit eñ illos ſp̃us nequã, ut pœnitẽtiæ doctorẽ cũ uerbo p̄dicatiõis, opa
it Iudęis Chr̃s q̃ nemo alius fecit, facientẽ deriderẽt, p̄ſequerẽtur & blaſphemarẽt. Exempli gratia, dicen
Ioh. 8 do: Dæmoniũ habes: Itẽq;. In Beelzebub principe dæmonioꝝ eijcit dæmonia. Non eñ
Mat. 12. placebat illis Chr̃s talis p̄dicator pœnitentiæ, doctor paupertatis, p̄ſuaſor atq; exẽplar hu
militatis, magiſter manſuetudinis, monitor ad lugendũ pro peccat̃s, declamator iuſtitiæ,
& cõquiſitor miſericordiæ, mundiciæ cordis collaudator, pacis remunerator, & eoꝝ q̃ p̄ſe-
cutionẽ patiũtur propter iuſtitiã conſolator. Quare? Quã ob cauſam talia p̄dicantẽ repule
runt, odio habuerunt, atq; impugnauerunt? Videlicet, quia cuncta his cõtraria ſapiebant,
& diligebant, talemq́; ſibi cupiebant aduenire Meſſiã, qui illos in hoc ſeculo extolleret, gẽ
tiumq́; pacẽ eo uſq; turbaret, donec omnes fines terrę ditioni illoꝝ per bella, bellorumq́; tri
umphos ſubiugaret, aureamq́; ac gemmatã illis Hieroſolymã in terris conſtrueret, atq; in
cæteris his ſimilibus eorũ cupiditatẽ omnino, ſicut litera prophetica pleriſq; in locis ſona-
re uidetur, corporaliter expleret. Talem illoꝝ intentionem ſenſumq́; ipſe quodã loco bre-
uiter exprimẽs. Quomodo (inquit) poteſtis uos credere, qui gloriã ab inuicem accipitis: &
Ioh. 5 gloriã quæ à ſolo eſt deo non quæritis? Perſecuti ſunt ergo ſanare uolentẽ, tanq̃ frenetici
medicũ percutientes antidotũ porrigentẽ, nec ante deſtiterunt, donec tradentes illũ nega-
rent ante faciem Pilati, præeligentes Barrabã latronẽ, authorẽ ſeditionis, eundẽq; regẽ ſuũ
poſtulantes crucifigi. Hoc modo reuelata in illis, imò impleta ab illis eſt iniquitas Effraim,
& malicia Samariæ, & ſic impleuerunt menſurã patrũ ſuoꝝ, & ſic reuelauerunt ac teſtifica
Mat. 23 ti ſunt quod eſſent conſentientes patribus eorũ. Nam quod incœperũt illi, recedendo à do
mo Dauid, & occidendo prophetas dñi: Hoc iſti adimpleuerũt, crucifigendo filiũ Dauid
filiũ dei: & deinde occidendo, crucifigẽdo, flagellãdo, & de ciuitate in ciuitatẽ perſequen
do prophetas & ſapientes & ſcribas, quos ille miſit. In omnibus his operati ſunt mendaciũ
mentientes aduerſus eundẽ regem ſuũ, quem negauerũt & uelut magũ ac ſeductorem ac-
Fur Iudas, la- cuſauerunt. ¶ Perſpicuũ quoq; illud eſt in illis quod ſequitur, & fur ingreſſus eſt ſpolians, la
trũculus cœ- trunculus foris, Fur nanq; Iudas proditor, & latrunculus cœtus phariſaicus extitit. Iudas
tus phariſaic⁹ 
Ioh. 12 nanq; loculorũ domini erat fur, ſicut Euangeliſta teſtatur, quia fur erat, & loculos habens:
Mat. 21. ea quæ mittebantur, portabat. Porrò phariſæi & ſacerdotes in templo latrocinabantur, p̄-
Eſa. 56 dam de populo ſacientes, uendendo & emendo. Vnde cũ eijceret eos, ſumptum de Eſaia
Hiere. 7 teſtimonium protulit dicens, ſcriptũ eſt: Domus mea domus orationis uocabitur: & mox
illud de Hieremia ſubiunxit: uos autem feciſtis illam ſpelũcã latronum. Ille fur intus inter
diſcipulos domini Ieſu, pſeudodiſcipulus & fictus amicus: & ille latrunculus foris, id ẽ, ma
nifeſtus hoſtis, conſilium ſimul inierunt, & (ſicut iam dictũ eſt) mendaciũ operati ſunt: cu-
Ioh. 11. ius uidelicet mendacij maximus opifex Caiphas, ſic mentitus eſt, toto conſpirante illo cõ-
cilio malignantium ad decipiendum miſerũ pp̄lm. Expedit uobis ut unus moriatur homo
pro pp̄lo, & non tota gens pereat, ne forte ueniant Romani, & tollant noſtrum, & locum,
Mat. 23 & gentem. Adeo cum ſanare uellet dominus Iſrahel, ille more ſuo ſanari noluit, ſicut alijs
uerbis declamans dicit. Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos,
qui ad te miſſi ſunt. Quotiens uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina con-
gregat pullos ſuos ſub alas & noluiſti. Sequitur. L **Et ne forte dicant in cordibus
ſuis, omnẽ maliciam eorũ me recordatũ, nunc circumdederunt eos adinuẽtiones**

ſuę, co

ſuę coram facie mea factę ſunt.] Magna & uera confirmatio iuſti iudicij dei ſiue ultionis
quam præmiſerat dicens, ſed & Iuda pone meſſem tibi: meſſem (ſicut iam dictũ eſt) appel-
lans illius immenſitatem excidij, qua à Romanis erant perdendi. Ne forte (inquit) dicant in
cordibus ſuis, omnem maliciam eorũ me recordatum. Ac ſi dicat. Ne forte murmurent,
& quaſi iniuſtam reprehendant ſententiam dicentis, ut ueniat ſuper uos om̃is ſanguis iu-
ſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti, ut quod uindicatũ eſt in patribus,
iterum uindicetur in filijs: om̃is cauſa illis tollitur iuſtæ reprehenſionis. Solent nanqꝫ Iudæi
aduerſus huiuſmodi reſpondentes dicere nobis. Cur hoc tempore uindicari in nos arbitra-
mini, quod olim uindicatũ fuit? Exempli gratia. Cum dicimus eis, illud quoqꝫ peccatum,
quod olim in deſerto fecerunt patres eorũ, faciendo uitulum & adorando illum, hoc tem-
pore uiſitari ſuper illos, quando ſic excæcati ſunt. Reſpondent nobis, illius maliciæ tũc do-
minũ fuiſſe recordatũ: ſiquidem tunc ex illis in una die. XXIII. milia ceciderunt. Hæc di- Exo. 32.
centes, non aduertunt, quia poſtquã illud factũ eſt per manus filiorũ Leui, quibus & Mo-
ſes ait, conſecraſtis manus ueſtras hodie domino, unuſquiſqꝫ in filio & fratre ſuo: deinde cũ
oraret Moſes dicens, dimitte eis hanc noxam, ipſe reſpondens, Angelus (inquit) meus p̄-
cedet te, ego autẽ in die ultionis uiſitabo & hoc peccatũ eorũ. Igitur ne forte dicant (ait) in
cordibus ſuis omnẽ maliciam eorũ me recordatũ, id eſt ſingula quæqꝫ peccata tẽporibus ſu-
is puniſſe me, atqꝫ iccirco non debere nunc om̃ia uenire ſuper generationẽ iſtam: dico illis,
qui nunc circũuenerunt eos adinuentiones ſuæ, uidelicet quaſi longus funiculus, quia cun-
cta priorum generationũ peccata imitati ſunt, & ille adinuentiones coràm facie mea factæ Longus funiculus pctõrũ in Iudæis.
ſunt: quia nulla pœnitentiæ ſatisfactione illa delere curauerunt. Tales ſunt adinuentiones
eorũ, quæ illos circũuenerunt, taliter cauſas mortis in uno homine adinuenerunt, ut merito
dictũ ſit & merito fieri debuerit illud dictũ, uenient hæc oĩa ſuper generationẽ iſtã. Omni-
bus em̃, quicunqꝫ à ſanguine Abel iuſti iuſtos hoĩes uel prophetas occiderunt, ſimiles ſeſe
fecerunt, ſimiles Cain ꝗ Abel interfecit, ſimiles Saul ꝗ Dauid perſecutus eſt: & propter il- Ge. 4.
lũ ſacerdotes dñi. LXXXV. uiros trucidauit, & ciuitatẽ illoꝝ percuſſit in ore gladij: ſimi- 1. Re. 21.
les Iezabel & Achab, ꝗ Naboth iuſtũ & cæteros prophetas dñi occiderunt. Atqꝫ iccirco 3. Re. 21.
recte iniquitates illoꝝ & omniũ quicũqꝫ tales extiterunt, iſti in generatione ſua portauerũt
Quænã ſunt adinuentiones illæ, quæ eos circũuenerunt, & per quas oĩbus illis ſimiles ſe fe-
cerunt? Ait. [In malicia ſua letificauerunt regem, & in mendacijs ſuis principes.
Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus a coquente. Quieuit paululũ ci-
uitas a commixtione fermenti, donec fermẽtaretur totũ. Dies regis noſtri. Cœ-
perunt principes furere a uino. Extendit manũ ſuam cũ illuſoribus, quia applicue-
runt quaſi clibanum cor ſuũ cũ inſidiaretur eis. Tota nocte dormiuit, coquẽs eos,
mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammę.] Quis iſte fuit rex, & qui iſti principes, quos
& in malicia ſua & in mendacijs ſuis lætificauerũt adulterantes, ſic ſuccenſi quomodo ſuc-
cenditur clibanus à coquẽte? Et quidẽ ſenſus eſt utilis, ꝗ & ſi non palam inuenitur, in geſtis
tamen poteſt conijci, quod ita factũ ſit. Rex Hieroboam & principes eius, qui fauentes illi
ad omne facinus paruerũt, hoc modo lætificauerunt. Myſterium propheticũ de nece ſal-
uatoris de quo nunc loquebamur paululũ differimus, ne conjecturã utcunqꝫ rationabilem
atqꝫ probabilem nos neglexiſſe uideamur. Omnes adulterantes, id eſt à proprio uiro, deo,
recedentes, quaſi clibanus à coquente: quia ſicut clibanus ſuccenditur ut coquat panes, ita Hieroboã regis aſtutia.
illi ſuccenſi ſunt malicia Hieroboam & igne idolatriæ. Quieuit paululũ ciuitas à commi-
xtione fermenti, donec fermẽtaretur totum. Fabricatis quippe idolis, non uim fecit Hiero-
boam populo ut ea coleret, ne forte quibuſdã cauſa dei religionis reſiſtentibus, cultura ido-
lorum euacuaretur. Ideoqꝫ paululum quieuit ciuitas, donec propria uoluntate populus re-
gi conſentiret, ut primum principes, deinde ſatellites illorum regi & principibus fauentes,
ad ultimum omnis populus corrumperetur. Et hoc eſt quod dicit, donec fermentaretur to-
tum. Quæ enim ſponte fiunt, diu permanent: Quæ autem neceſſitate, cito ſoluuntur.
Hoc conſiderans Hieroboam, maluit ſponte, quàm coacte populum ſubire nouam ido-
lorum culturam. Itaque ſuccenſa toti populi maſſa in ueneratione uitulorum, cœperunt
dicere ad fores Hieroboã. Dies regis noſtri, ſubauditur, iſte eſt, & quẽ nobis feſtiuũ noſter

cõſtituit

conſtituit imperator. Hunc celebramus, in hoc gaudemus, in hoc uitulos aureos adoram⁹.
Ita clamante populo, cœperunt (inquit) principes furere à uino, id eſt, non ſolum non ſunt
irati qui debuerant rectores eſſe populi, ſed inſuper intelligentiam ſuæ mentis amittentes,
cœperunt furere à uino, uidelicet amentiam paſſi, tam luxuriæ q̃ idolatriæ. Quid ad hæc il
le rex? Extendit (inquit) manum ſuam cũ illuſoribus, quia applicuerũt quaſi clibanũ cor ſu
um, cũ inſidiaretur eis. Illuſores quippe erant principes, qui populo nequiter illudebãt, eũ-
q; à deo ſuo longe abducebãt, errori eius cõſentiendo: gratulantes ꝙ applicuiſſent cor ſuũ
quaſi clibanũ, ut eos ſuccẽderet ille rex & idolatriæ flãmis ardere faceret. Cũ illis illuſorib⁹,
cũ eiuſmodi principibus manũ ſuã extendit, quaſi benedicendo & pro facili cõſenſu grates
agendo, cũ inſidiaretur eis, id eſt, cũ iniquũ penes ſe haberet cõſiliũ, ut eos omnino auerte-
3.Re.12 ret à templo dñi, ne pergendo Hieroſolymã cauſa adorandi & ſacrificandi, paulatim reſi-
piſceret, & unũ eũdẽq; cũ Iuda regẽ rurſus ſuſciperet. Talia machinãdo, tota (inquit) nocte
dormiuit, coquens eos, mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammæ. Et eſt ſenſus. Poſtq̃ ignẽ
maliciæ cordibus eorũ immiſit, & uidit eos furere, nullũq; eſſe qui ſuæ reſiſteret uolunta-
ti, tota nocte dormiuit, hoc eſt ſecurus iacuit, uerſutus in tenebris, coquens eos igne impie-
tatis: mane aũt ipſe ſuccenſus flammis ſuoꝵ ſceleꝵ uenit ad immolandũ. Hęc ſecundũ con
iecturã magis q̃ ſecundũ hiſtoriã de præterito tẽpore narrata utcunq; ualeant: nos illud at-
tendentes, quia propheta eſt. & tante profunditatis ſibi cõſcius, ut in fine uoluminis dicat il
lud, quod iam ſæpe cõmemoratũ eſt. Quis ſapiens & intelliget iſta, intelligẽs & ſciet hæc?
Myſtica de Chro expoſitio text⁹. ¶ Nos ad myſteriũ ſaluatoris ſupra cœptũ recurramus, & in futuꝵ tẽpus reſpicientẽ pro-
phetã, intellectuali oculo ſequi cõtendamus. Iſtæ ſunt adinuẽtiones illoꝵ, adinuentiones
Iudæoꝵ, quæ illos circũuenerunt, quas effugere nõ potuerũt: propter quas bellica Roma-
noꝵ falce ut ſecarentur, ut arida meſſis, iudicati atq; damnati ſunt. In malicia ſua lætificaue-
runt regẽ, & in mẽdacijs ſuis principes, oẽs adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquẽ-
Eſa.1. te. Iſti adulterantes illi ſunt, quoꝵ ſcelus alius propheta prȩuidens. Audite (inquit) uerbum
domini principes Sodomorũ, percipite auribus legẽ dei mei, populus Gomorræ. Præui-
Sodomorũ ſimiles Iudæi in nocte paſchali. Ge.19. debat nanq; ſacrilegiũ Iudæorũ, & illam noctem qua inſanierunt aduerſus dominũ & ad-
uerſus Chriſtũ eius, non ſine quadam ſimilitudine Sodomorum. Nota quippe uetus hiſto-
ria eſt, quia cum hoſpitaretur dominus apud Loth, uiri ciuitatis uallauerunt domum ipſius
ipſa nocte à puero uſque ad ſenem omnis populus ſimul: uocauerunt Loth & dixerunt ei.
Vbi ſunt uiri qui ad te introierunt nocte? & cætera. Secundum ſimilitudinem illorum, iſti
quaſi clibanus ſuccenſi à coquente diabolo, illa nocte paſchali poſt eſum agni ſui, crapula-
ti & ebrij, circumdederunt dominum, & tenuerunt eum, ut traderent gentibus ad illuden-
dum & flagellandum & crucifigendum. In illa malicia ſua lætificauerunt regem. Quem re
Ioh.19 gem? Vtiq; Pontium Pilatum ſiue etiam ipſum Cæſarem, quem ſe lætificare putauerunt
Pilatũ rctẽ regem dici adulando, & dicendo, non habemus regem niſi Cæſarem. ¶ Nam Pilatum recte hic regẽ
dici confirmat illud de Actibus Apoſtolorum, ubi cum dixiſſent fideles, orantes, Domi-
Act.4 ne tu qui feciſti cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, qui ſpiritu ſancto per os
patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti. Quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt in-
ania, Aſtiterunt reges terræ & principes conuenerunt in unum aduerſus dominam & ad-
uerſus Chriſtum eius, continuo ſubiunxerunt. Conuenerunt em̃ uere in ciuitate iſta aduer
ſus ſanctum puerum tuum Ieſum, quem unxiſti, Herodes & Pontius Pilatus cum gẽtibus
& populus Iſrahel. Reges illos, de quibus ſcriptum fuerat, aſtiterunt reges terræ: Pontium
Pilatum & Herodem ille ſcripturæ locus teſtatur fuiſſe. Et recte, tetrarchæ em̃ erant, id eſt,
ſinguli quartæ partis regni Iudaici reguli iſti. Pontius Pilatus, Herodes, Philippus, & Ly-
ſanias. Illum talem ſuum regem in malicia ſua Iudæi lætificauerunt, in eo quod dominum
Mendax Pilatus. Mat.27 Ieſum comprehenderunt, eiq; crucifigendum tradiderunt, Loquebatur quidẽ uerba quaſi triſtia, dicendo, Ego in eo nullam inuenio cauſam, et cætera his ſimilia, lauans etiam ma-
nus ſuas et dicens, Mundus ego ſum à ſanguine iuſti huius, uos uideritis: ſed mentieba-
Ioh.18 tur homo expers ueritatis, et propria poſſeſſio mendacij. Etenim is qui, dicente DO-
MINO, Ego in hoc natus ſum, et ad hoc ueni in mundum ut teſtimonium perhibe-
am ueritati, om̃is qui eſt ex ueritate, audit meam uocem: continuo procaciter dixit, q̃d eſt

ueritas

ueritas, & non expectato reſponſo, iterũ exiuit. Quàm longe putas à ueritate & q̃ mendax
extitit? Imò non ſolum mendax, uerumetiam ſimulator & callidus, ſimulans triſtitiam qua
ſi pius, cũ impie lætaretur. ¶ Dicit aliquis. Quæ cauſa uel neceſſitas illi erat, ut cum lætare- Cur̃ ſimula-
tur, triſtitiam ſimularet? Nimirum Romani imperij, quæ tunc uigebat, ſecularem timebat, bat iuſtitiam
ne uocaretur in ius, eo ꝙ hominem occidiſſet innocentem, pœnamq́ʒ ſubiret homicidij. Pilatus.
Quod tamen poſtea contigit. Hic erat timor eius, quem & Euangeliſta memorat, ubi cum
dixiſſent Iudæi, nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium dei ſe fe-
cit: continuo ſubiunxit. Cum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit. Sed ad- Ioh.19
huc uidetur illum excuſare dominus ipſe, cum dicit, Propterea qui tradidit me tibi, maius Maius pecca
peccatum habet. Nõ excuſat homicidam, ſed in comparationem eius Iudaicum ſcelusma tum Iudæorũ
gis condemnat. Pilatus nanqʒ, qui neqʒ legẽ, neqʒ prophetas accepit, ſic in nece domini ac- q̃ Pilati.
cuſatur tanq̃ reus homicidij, quia nihil aliud q̃ hominẽ illum eſſe ſcire potuit: Iudæus autẽ
ex lege & prophetis conuincitur, quia nõ tantum hominẽ, ſed & regem & deũ ſuũ tradidit,
ac perinde maius peccatum habet, de quo & excuſationem non habet. Igitur in malicia ſua
lætificauerunt Pilatũ regem ſiue tetrarcham aut præſidẽ, imò nõ tantũ regem, ſed & reges,
Pilatũ & Herodẽ. Vt eñ cognouit Pilatus (ait Euangeliſta) ꝙ de Herodis poteſtate eſſet, Lu.23
remiſit eũ ad Herodẽ, qui & ipſe Hieroſolymis erat illis diebus. Herodes uiſo Ieſu, gauiſus
eſt ualde, ſcilicet uiſu miraculorũ eius ſperans regiam ac ſuperbã oculoꝝ ſuorum curioſita
tem paſcere uel ſatiare. Sequitur eñ. Erat eñ cupiens ex multo tempore uidere eũ, eo ꝙ au
diret multa de illo, & ſperabat ſignũ aliquod uidere ab eo fieri. Cũqʒ nihil reſponderet, ſpre
uit illum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit, indutumq́ʒ ueſte alba, remiſit ad Pilatum. Et
facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die. Nam antea inimici erant ad inuicem. Hæc
fuit lætitia illorum, conuenire in amicitiam & cõſenſum ad illudendum & perdendum do
minum. ¶ Porrò principes, quos in mendacijs ſuis itidẽ lætificauerunt, maxime principes
ſacerdotũ Annas & Caiphas extiterunt, qui inique lætabãtur, quando ſecundũ uoluntatẽ
ipſoꝝ turbæ mentiebantur, clamãtes illũ ſeductorẽ, magũ, malefactorẽ dicentes, quia inue
nimus hunc ſubuertentẽ gentem noſtrã & prohibentem tributa dari Cæſari, & cætera his
ſimilia. Quieuit (inquit) paululũ ciuitas ex cõmixtione fermẽti, donec fermentaretur totũ.
Feſtiuitas Iudæoꝝ, qua imminente dñs quærebatur ad occidendũ, notũ eſt quia feſtiuitas
erat azymoꝝ, & ab illa ueſpera qua traditus eſt uſqʒ ad diẽ octauũ, iuxta præceptum legis
fermentatũ nõ inueniebatur in domibus eoꝝ. At illi fermentati in ſemetipſis erant fermẽto Deu.16
ueteri, fermẽto malitiæ & nequitiæ. Opportune ergo tũc ciuitas habuiſſe denotat cõmixti- I.Cor.5.
onẽ fermenti, qñ uaniſſime cauebat exterius fermentũ in panibus, & non timebat fermẽta
ri intrinſecus malicioſis & ſanguineis apparatibus. Ab eiuſmodi fermenti cõmixtione pau
lulum ciuitas conquieuit, quia poſtq̃ illo concilio malignantiũ fuere fermentati, cogitãtes Ioh.11.
ut interficerent eum, paululum ſe continuerunt & quieuerunt Iudæi Hieroſolymitani, ꝓ-
pter turbas, quæ aſcenderãt de ciuitatibus uel regionibus alijs, quæ et ſuſceperunt illum cũ
ramis palmaꝝ, clamantes oſanna filio Dauid. Hinc eſt illud, quod cũ conſilium feciſſent,
ut eũ dolo tenerent & occiderent. Dicebant (inquit Euangeliſta) Nõ in die feſto, cauſamq́ʒ
ſubiungit. Ne forte tumultus fieret populi. Quod utiqʒ nõ dicebant intentione religionis, Non in die
ut haberet feſtiuitas ornamentũ pacis, ſed ne de manibus eorum tolleretur auxilio eius, qui feſto.
ad diem feſtũ conuenerat populi. Nam ubi traditor acceſſit, qui traderet illũ ſine turbis, in
ipſa feſtiuitatis nocte exierunt ad comprehendendũ illũ, contra morem religionis, contra Exo.12.
edictũ legis. Cum eñ dixiſſet lex, faſciculũq́ʒ hyſopi tingite in ſanguine qui eſt in limine,
& aſpergite ex eo ſuperliminare & utrunqʒ poſtẽ. Iſtud quoqʒ addidit: nullũq́ʒ ueſtrũ egre-
diatur hoſtiũ domus ſuæ uſqʒ mane. Ita male & maligna intentione ciuitas, quæ epulari de
bebat in azymis, quieuit, ex quo fermentari cœperat commixione illius fermenti, quod cõ
mixtũ fuerat maligni collectione concilij, agentibus hoc ſenioribus & ſcribis & phariſæis,
& principibus ſacerdotũ, ut quieſceret donec fermẽtaretur totũ, id eſt, donec magis ac ma
gis omnes in eundem cõfirmarẽtur iniquitatis cõſenſum. His dictis repente propheta uo
ces eorum, qui dominum comprehenderant, horribiles inclamat, Dies regis noſtri. Puta il Acclamatio-
los dixiſſe. Honor regis noſtri, honor & fidelitas Cæſaris, non enim habemus regem niſi ones Iudæoꝝ.

Cæſa-

Cæſarem,& illi honorẽ in hac die fecimus,capiendo hunc qui prohibebat tributa dari Cæ
ſari.Dies hic memorialis illi ſit, pro cuius honore & fidelitate iſtũ,qui ſe dicit regẽ eſſe,illu
dimus,conſpuimus,ſpinis coronamus,flagellamus, crucifigimus. Hæc & huiuſmodi di-
Iudæi furentes a uino. centes:cœperunt(inquit)principes furere à uino. Veraciter animo cœperũt furere, qa nõ
ieiuni aut ſobrij mane,ſed crapulati & ebrij cõprehenderunt illũ in ueſpera clauſo iam die
in illa feſtiuitate,in illa paſchali nocte,quando nimirũ delectabile illis de more fuiſſe nemo
ambigat,opulẽter cœnare atq; affatim potare.Poti & pleno uentre reſoluti,modum furori
Pſal.108. neſcierunt ponere,perſequẽtes hoiem inopẽ & mendicũ,& compunctũ corde mortifica-
Pſal.68. re.Hinc illud eſt inter cætera in perſona eius dictũ.Aduerſum me loquebantur ſiue exer-
cebãtur qui ſedebãt in porta,& in me pſallebant qui bibebant uinũ.Biberãt eñ ( ut iã dictũ
eſt)illa nocte uinũ,atq; perinde ui ebrietatis augente furorẽ,pſallebãt in eũ : pſallebant(in-
quã)non ſicut Dauid laudẽ dei,ſed ſtrepebãt uocibus horriſonis, opprobria decãtantes &
blaſphemiã nominis dei,ſicut ait ipſe.Et opprobria exprobrantiũ tibi ceciderunt ſuper me.
Sequitur.Extendit manũ ſuã cũ illuſoribus,qui applicuerunt quaſi clibanũ cor ſuũ cũ inſi
diaretur eis.Tota nocte dormiuit coquens eos , mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammæ.
Pilatus manũ extendit. Quis extendit manũ ſuã cũ illis illuſoribus? Nimirũ Pilatus iam dictus.Quomõ extẽdit ma
nũ ſuam? Profecto cohortẽ mittendo ad capiendũ dñm,ſicut teſtatur Euangeliſta cũ dicit
Ioh.18 Iudas ergo cũ accepiſſet cohortẽ,& à pontificibus & phariſæis miniſtros,uenit illuc cũ la-
ternis & facibus & armis.Nam cũ ſic diſtinguit, cũ accepiſſet cohortẽ, & à pontificibus &
phariſæis miniſtros, palàm dat intelligi,quia miniſtros quidẽ à pontificibus & phariſæis
accepit:cohortẽ uero à præſide,penes quẽ & cohortes & cæteri militares imperij Roma-
ni erant ordines.Itaq; manũ ſuam extendit cũ illuſoribus,manũ utiq; militarẽ,id eſt cohor-
tem miſit,phariſæis & pontificibus ſuos pariter miniſtros mittentibus . Et recte hic illuſo-
res appellantur,quia nocte illa,cũ tenuiſſent dñm,illuſerunt eũ,expuendo in faciẽ eius,co-
laphis cædendo,& palmas dando in faciẽ eius,& cætera faciẽdo,quæ in euangelio legimꝰ
Qua fiducia fretus,taliter extendit manũ ſuã? Quia applicuerunt(inquit)quaſi clibanũ cor
ſuũ,id eſt quia bene cõſcius erat q̃d per inuidiã tradidiſſent eũ.Illo inuidiæ confiſus incen-
dio,manũ ſuam extendit,in eo ꝙ ad comprehendendũ illũ cohortem miſit , cũ inſidiaretur
eis,id eſt ita,ut inſidiaretur eis,ita ut flammã inuidiæ magis ac magis accreſcere faceret ĩ eis
Dicebat eñ.Quid igitur faciã de Ieſu,qui dicitur Chriſtꝰ ? Itẽ, cũ adduxiſſet eũ foras & ſe
Mat.27 Ioh.19 diſſet pro tribunali:Ecce(inquit)rex ueſter, Clamantibus illis,tolle tolle crucifige eũ, Re-
gem ueſtrũ(inquit)crucifigã? Talia dicẽdo nimirũ inſidiabatur eis,id eſt, hoc agebat,ut in-
uidię flammã magis ac magis augeſceret in eis.Et uide nequitiã hominis mendaciſſimi,cal
lidi,& inſidiatoris.Tota(inquit)nocte dormiuit coquens eos,mane ipſe ſuccenſus q̃ſi ignis
flammæ.Qua nocte tota ille dormiuit? Nimirũ eadem nocte qua manũ ſuã extendit,id eſt
cohortẽ miſit.Nuſq̃ eñ affuit pſona eius uel interfuit tota nocte illa,qua illi uelut clibanus
ſuccenſi,furioſe in illũ ardẽtes inſanierũt,cõclamãdo,cõſpuẽdo,colaphis cædẽdo,palmas
in faciẽ eius dando.Inter hæc intus continuit ſe uſq; mane,& tũc apparuit ipſe ſuccẽſus q̃ſi
Mat.27 ignis flammæ.Siquidẽ mane facto(inquit Euangeliſta)uinctũ adduxerunt eũ , & tradide-
runt Pontio Pilato præſidi,uidelicet conſiliũ ineuntes,ut eũ morti traderent. In illo cõſilio
is,qui tota nocte dormierat,Pilatus quaſi ignis flammæ ſuccenſus in uerba prorupit, ardẽs
pariter & ſuccendẽs,& ardentes inſtigans uerbis ſupra memoratis,ne ab illo , quo ardebãt,
inuidiæ incendio refrigeſcerent.Quid multa? [Omnes calefacti ſunt quaſi clibanus,
& deuorauerunt iudices ſuos.] Omnes(inquit)calefacti ſunt,ſeditio conualuit,& uidit
ipſe Pilatus,imò uidere gauiſus eſt gaudio maligno,ꝙ ſeditio conualeſceret,nihilq; profi-
ceret negitando ꝙ ullã in eo cauſam inueniret,& fingendo mirari ſe quod inſtarent , ut re-
gem ipſorũ crucifigeret.Ita oẽs calefacti flamma zeli & inuidiæ,quaſi clibanus,omnes,in
quã,principes ſacerdotũ & ipſe Pilatus,ſcribæ & phariſæi perſuadentes , turbæ Iudæorũ
conclamãtes,milites præſidis illudẽtes,& omnia q̃ ſcripta ſunt peragentes.Sed quid? Et de
uorauerunt(inquit)iudices ſuos.Miro modo dictum , ꝙ iudices ſuos deuorauerunt. Væ
deuoratoribus illis,quia deuorauerũt,id eſt cõdemnauerunt illos,à quibus iudicandi ſunt.
Iudices, Chrs & apoſtoli. Iudicũ primus ipſe eſt dñs Ieſus Chrũs,uenturus iudex uiuoꝝ & mortuoꝝ,cæteri uero iu
dices

dices Apoſtoli ſunt, quibus ipſe locutus eſt. Sedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudicã
tes duodecim tribus Iſrahel. Iſtos, quantũ in ipſis fuit, deuorauerunt, quia uidelicet ipſum
dominũ ſic ſe occidere putauerũt, ut omnino moreretur & periret nomen eius: Aplõs aũt
in fugã conuerterunt, & maximũ ex illis Petrũ negare cõpulerũt. Igitur miſeri, atq; à miſe-
ricordię foribus excludendi, mira infelicitate illos deuorauerũt quos iudices habituri ſunt:
illos iudices habituri ſunt quos deuorarũt, quomodo uel in quantum potuerunt. Sequitur.
⌊Omnes reges eorum ceciderunt, non eſt qui clamet in eis ad me.⌋ Hoc & de illi-
us temporis ſtatu, quo uitulos aureos coluerunt, & de tẽpore iam dictæ paſſionis domini-
cæ recte intelligendũ eſt. Nã & tunc ita ceciderunt oẽs reges decẽ tribuũ, ut non eſſet uel
unus qui recederet à peccatis Hieroboã: & itidẽ quando Chriſtũ condẽnauerunt, ita reges
eorũ ceciderunt, ita rectores uel principes eorũ excæcati ſunt, ac uelut rami fracti corruerũt, Eſa. j.
ut non ſit in eis qui clamet ad dominũ. Clamant quidẽ, ſed non ad dñm, imò contra dominũ
blaſphemando Chriſtũ deũ & dñm. Quod & ſi ex tunc clamare & ſacrificare contendunt,
reſultat eis illud propheticũ. Et cũ extenderitis manus ueſtras, auertã oculos meos à uobis:
& cũ multiplicaueritis orationẽ, nõ exaudiã: manus em̃ ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Ita ca- Effraim.
dendo quales facti ſunt? Ait. ⌊Effraim in populis ipſe commiſcebatur.⌋ Effraim o-
mnis ille dicitur, qui receſſit à domo Dauid: magis aũt ille populus, qui crucifixit Chriſtũ
filiũ Dauid, quia ueraciter ſic faciendo receſſit à domo Dauid. Sed & de hac & de illa re-
ceſſione iam ſuperius diximus: quia hæc illi ſimilis eſt, imò illic cœpta receſſio, hic cõſum-
mata eſt. Ergo Effraim, id eſt, omnis carnalis Iſrahel & carnalis Iudaiſmus, apud quem nõ
eſt Dauid, neq; ſemen eius Chriſtus, in populis cõmiſcebatur & cõmiſcetur, id eſt inter gẽ- Iſrahel uerus.
tes reputatur. Nam contra, Iſrahel uerus inter gentes non reputatur, ſed habitat ſolus, iux- Nu. 23
ta illud: Populus ſolus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Itẽm & Moſes benedicẽ
do loquitur. Habitabit Iſrahel confidenter & ſolus. Hic Iſrahel ſanctus & mũdus eſt. Is au Deu. 33
tem, qui nomine Effraim in p̃ſenti loco denotatur, immundus eſt & ſordidus, in populis cõ
mixtus. Hoc eſt qđ ſequitur. ⌊Effraim factus eſt ſubcinericius, qui non reuerſat.⌋
Quod idẽ eſt ac ſi dicat. Inuidiæ flammis quaſi in clibano decoctus, ſub cinere peccatorũ
ſuorũ p̃mitur, & ad pœnitentiã non conuertitur. Nã ſicut panis ſubcinericius à cinere non
emundatur niſi reuerſetur: ita Iudaicus ppl̃us qui (ut ſæpe iam dictũ eſt) ueraciter receſſit à
domo Dauid: atq; iccirco à nomine Effraim per ſpiritũ propheticũ denotatur, à peccatis
ſuis non liberatur, quia ad fidẽ Chriſti non conuertitur. Itaq; in populis cõmiſcetur, popu-
lorũ nominibus, quibus cõmixtus eſt & ſimilis factus eſt, iure cenſetur, iuxta illud: Pater tu Ezech. 16
us Amorræus, & mater tua Chetea. Nec uero tantũmodo in populis cõmiſcetur, uerũetiã Mat. 12.
in malis meritis p̃fertur. Exempli gratia, cum dominus dicit. Viri Niniuitæ ſurgent in iu-
dicio cũ generatione iſta, quia pœnitentiã egerunt ad p̃dicationẽ Ionæ. Et ecce plus q̃ Io-
na hic. Et his ſimilia. Diligenter uerba propheticæ ueritatis perſequamur, quibus iſte Effra
im uehemẽter culpatur. ⌊Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit. Sed & cani
effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit.⌋ Vere manifeſtũ eſt qa comederũt alieni robur eius,
id eſt abſtulerunt omnẽ dignitatẽ regalẽ ſiue principalẽ, quia olim tanq̃ in iuuentute ſua ro
borabatur. Ecce em̃ hodie nõ ẽ illi rex neq; princeps aut dux, & ipſe (inquit) neſciuit. Quid
neſciuit? Nimirũ illud quod non neſcire, ſed magnopere ſcire debuit, quia non prius come Ge. 49.
deretur, nõ prius oĩno deuoraretur tale illud robur eius, donec ueniret uerũ robur & uere
princeps fortitudinis Chriſtus. Sic em̃ patriarcha Iacob fuerat p̃locutus. Non auferet ſce-
ptrũ de Iuda, & dux de fœmore eius, donec ueniat qui mittendus eſt. Quo tẽpore uenit ille
quẽ ueniſſe credimus, natũ ex utero uirginis, quẽ negauit iſte Effraim, factũ eſt iſtud. Alie
ni, ſcilicet gentiles Romani, comederunt robur eius, id eſt, regnũ eius ablatũ tradiderũt ſu-
is ſatellitibus, ſcilicet Herodi & poſteris eius: & poſtmodũ uenientes inſuper tulerũt locũ,
& gentẽ illius. Hoc ipſe neſciuit, imò neſcire noluit, ut diceret aut dicat quia Chriſtus iam
uenit, ſi uerus eſt ſermo quẽ tantus patriarcha dixit. Nec uero taliter comederunt alieni ro-
bur illud, ut poſſit recuperari, ſed ita ut inrecuperabile ſit. Hoc eſt qđ ait. Et cani effuſi ſunt
in eo, & ipſe ignorauit. Ac ſi dicat. Sicut homini præ ſenectute caneſcenti iam non eſt ſpes Spes Iudæorũ
ut recuperetur in eo robur iuuentutis, ita ppl̃o illi, ex quo regnũ ſic perdidit, non eſt ſpes re uana & fallax

cuperãdi, niſi illa quæ uana eſt, & fallax erit, & fruſtrabitur eũ, quando uidelicet pro Chri-
ſto ſuſcipiet Antichriſtum. Hoc ipſe ignorauit, canos iſtos in ſemetipſo non attendit. Vir
aũt quicunq; uerus Iſrahelita extitit uel nunc eſt, ipſe nõ ignorat quia ſic ſenuit & incanuit
Effraim, ut iam nõ ſit ſicut heri & nudiuſtertius, quando totiens uictus uel captus ab hoſti-
bus poſt fatigationem captiuitatis regnũ quaſi iuuenile robur recuperare potuit. Eruditus
homo canos iſtos ſic intelligit, ut ad ſimilitudinẽ reſpiciat Abrahæ ſenis, & Saræ iamiã de-
crepitæ matris. Sicut eñ illi tunc Iſaac genuerunt, quãdo in illis cani effuſi ſunt, cũ ante Sa
ra ſterilis fuiſſet: ita tunc demũ Chriſtus naſci debuit de pp̃lo illo, quando regno ablato in-
ualidus factus eſt. Quomõ hæc ipſe neſciuit, aut quomõ ignorauit? Malo nimirũ & peſſi-
Sup. 4 mo inſcitiæ uel ignorãtiæ modo, nolẽdo intelligere, nolendo ſcire, repellendo ſcientiã hãc,
ſicut ſuperius dñs dicit. Quia tu ſcientiã repuliſti, repellã te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Er
go quod dicitur, & ipſe neſciuit & ipſe ignorauit, idẽ eſt, ac ſi diceretur, propter culpam ſu-
perbiæ cæcatus eſt, quia ſcire contempſit. Vnde & protinus ſubditur. ⌊ **Et humiliabitur
ſuperbia Iſrahel in faciem eius.** ⌋ Superbia nanq; Iſrahel palã nunc eſt quod in faciem
Ro. 11. eius humiliata ſit, quia propter ſuperbiã cæcitas contigit in Iſrahel, ut Ap̃lus ait. Velamen
2. Cor. 3 quod poſitũ eſt ſuper cor eorũ, ſicut p̃ſignabat uelata exterius facies Moſi, humiliatio ſup-
biæ Iſrahel eſt. In conſpectu omniũ, qui reuelata facie contemplãtur gloriã dñi, humiliatio
Seruitus quæ propter ſuperbiã contigit, cognoſcitur in facie eius, in corde & ſenſu eius. Pręterea ſic
Iudęorũ quoq; humiliata eſt eadẽ ſuperbia in faciẽ eius, ut tunc ab Aſſyriis & Babyloniis captiuita-
tis iugo premeret, pro eo quod prophetas occidit, & poſtea miſerabilius à Romanis diſper
deretur, pro eo quod prophetarum dominum, Chriſtum crucifixit. Quamuis in eadẽ hu-
miliatione ceruicẽ ſubrigeret aduerſus dominũ, dicendo, ſemen Abrahæ ſumus, & nemi-
Ioh. 8 ni ſeruiuimus unq̃: tamen nihilominus ſerui peccati, ſub hoĩbus quoq; ſeruile iugũ ferebãt
Romanis ſeruiebant, ut cæteris regnis ſeruierant, & ſeruitutis eiuſdem graue adhuc experi
mentum capere habebant, cadentes in ore gladii, & in oẽs gentes ducti captiui. In his om-
nibus humiliatur quidẽ, ſed nihilominus perſeuerat ſuperbia, dum in ſynagogis ſuis ipſum
quẽ experti ſunt uictorẽ Chriſtũ blaſphemãt. Hoc eſt quod ſequitur. ⌊ **Nec reuerſi ſunt
ad dominũ, & non quęſierunt eũ in omnibus his.** ⌋ Vere duræ ceruicis pp̃lus, qui tot
flagellis coercitus, ad dominũ non reuertitur. Super hoc admirans ipſe dñs in Eſaia loqui-
Eſa. 1. tur. Super quod percutiã uos ultra addentes præuaricationẽ. Nimirũ uelut diſtrictus domi
nus, cũ oẽs uirgas & flagella cuncta caſtigando cõſumpſerit, miratur ſeruũ incorrigibilem
& contumacẽ. Vnde hoc? Videlicet quia uelatũ & obduratũ habent cor, imò quia nec ha
bẽt cor. Sequitur eñ. ⌊ **Factus eſt Effraim quaſi columba ſeducta, non habẽs cor.** ⌋
In eo quod nõ abſolute ait, factus eſt quaſi colũba, ſed addidit, ſeducta: bonã colũbæ ſigni-
ficationẽ p̃ſenti loco penitus exterminat. Amplius aũt cũ apponit adhuc, non habens cor,
ſeductiõem eiuſdẽ & uacuitatem totius boni miro exprimit modo. Siquidem aduerſus id
qđ de columba pro bona ſimilitudine dici uel ſcribi ſolet, non habens fel: dicitur hic, nõ ha
bens cor. Quanta putas diſtantia eſt inter non habentẽ fel, & non habentem cor? Quanta
(inquam) differentia, columba habens fel, & non habens cor, à columba non habente fel,
& habente cor, ſeiuncta eſt? Magna profecto & omnino contraria. Sic plane & tanta diſſi-
Carnalis Iſrahel & Iudas. militudine ſeiunctus eſt carnalis Iſrahel à ſpirituali, qualis tunc erat ille Effraim, qui ſedu-
ctus eſt ut recederet à domo Dauid, & nunc eſt iſte Iudas qui negauit Chriſtum filiũ dei.
Columba eſſe debuit manendo in ſimplicitate atq; unitate paternæ fidei: ſed & tunc & nũc
ſeducente diabolo receſſit in felle amaritudinis, in inopia cordis. Quo receſſit? Quo abiit?
⌊ **Aegyptum inuocabant, & ad Aſſyrios abierunt.** ⌋ Quomodo Aegyptum inuoca
Exo. 32. bant? Deos Aegyptios colebant, ex quo corpore, & non mente, de Aegypto exierunt.
Tunc eñ cum uix exiſſent, uitulum in deſerto fecerunt, & adorauerunt more Aegyptio
rum, ſicut inter eos facere conſueuerant. Verba quoq; ipſorum Aegyptum inuocantium,
Exo. 16. hæc fuerunt. Vtinam mortui eſſemus per manum domini in terra Aegypti, quando ſede-
bamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panes in ſaturitate. Item. Conſtituamus no
Nu. 14 bis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Et his ſimilia. Poſtquam autẽ terram adepti ſunt
tam bonã, ut Aegyptiacis carnibus uel panibus non indigerent, nihilominus tamẽ Aegy

ptum

ptum inuocauerunt: Duos em̄ uitulos fecerunt eadē, imò & maiori dementia, quàm olim
in deſerto fecerant & adorauerant unū. Hoc modo propter ſuā ingluuiem atq; luxuriam
Aegyptū inuocantes, ad Aſſyrios quoq; abierunt & ſimiles illis facti ſunt, uidelicet per ſu
perbiam: atq; ita in populis cōmixti, non tam Iſrahelitæ q̄ Aegypti uel Aſſyrij dici meru
erunt. Amplius aūt, quando (ut ſæpe iam dictū eſt) Chriſtū dominū negauerunt, regemq;
ſuū eſſe Cæſarem profeſſi ſunt, & non alium, Aegyptū inuocabant & ad Aſſyrios abierūt
id eſt hominū ſine deo, qui ſolū diligunt hoc ſeculū, & malignorū ſpirituū ſeſe ſocios in dā-
natione fecerunt. Sed quid ſequitur? ⌊ Et cum profecti fuerint, expandam ſuper eos
rete meum, quaſi volucres cœli detraham eos. ⌋ Secundū metaphoram columbæ ſe-
ductæ, & non habentis cor, pulchre ſignificat quod cōprehendantur in ſuperbia ſua, q per
ſuperbiam quidem quaſi uolando ſeſe extollere auſi ſunt, ſed nihilominus infirmi ſunt atq;
inualidi ut columba. Cum (inquit) profecti fuerint, uidelicet olim, dicendo: Non eſt nobis
pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Iſai, & nunc clamando, nō habemus regē niſi Cæſa- 3. Re. 12.
rem: tunc expandam rete meum, & quaſi uolucres cœli detraham eos, ut neq; cum glorio- Ioh. 19
ſis & liberis, quos æmulanť, penna libertatis uolare poſſint, neq; apud me liberi ſint, ſed pœ
nas dent uanæ ſpei & præſumptionis: primum in Aſſyrijs & Chaldæis captiui, & deinde
ſub Romanis per totum orbem uinculis et retibus captiuitatis diſtracti atq; compediti. His
dictis æquam protinus & iuſtam accumulat ſententiam, dicens. ⌊ Cedam eos ſecūdum
auditionem cœtus eorum. ⌋ Auditio nanq; cœtus eorum illa extitit, quam hodieq; au-
dimus & legimus, quia uanum ſibi finxerunt timorem & dixerunt. Si dimittimus eum, ſic Ioh. 11.
omnes credent in eum, & uenient Romani & tollent noſtrum & locum & gentem. Hunc
timorem pontifices & phariſæi collecto concilio finxerunt, & totū concilium cœtus uni-
uerſus audiuit, & aurem libenter appoſuit, ut quaſi ex neceſſitate uiderentur occidere Chri
ſtum. Sed quid econtra illis euenit? Non quia occiderunt illū cū Romanis regnauerūt, ſed
potius hoc exigente ſub Romanis, pœnas dederunt, ueneruntq; Romani, locūq; illis & gē
tem tulerunt. Igitur cædam (inquit) eos ſecundū auditionē cœtus eorū, id eſt inducā ſuper
eos formidinem quam formidauerunt, quā ſibimet confinxerunt, non uere formidantes,
ſed formidinē eiuſmodi uerā uideri uolentes. ⌊ Væ eis, quoniam receſſerunt a me. Va-
ſtabuntur, quoniā preuaricati ſunt in me. Et ego redemi eos, & ipſi locuti ſunt con
tra me mendacia. ⌋ Ita cædā eos, ut & ſecundū animā uæ illis ſit, qm̄ receſſerūt à me: & ſe
cundū corpus uaſtentur, qm̄ præuaricati ſunt in me. Neq; em̄ tantūmodo in legē meā prę-
uaricati ſunt, in meipſum manus miſerunt, meipſum tradiderūt ad crucifigendū. Et uide, q̄
ingrati ſint. Ego redemi eos, & olim ex Aegypto, & nunc à peccatis in ſanguine meo: ſce
lus quoq; meæ mortis ignoſcens illis, ita ut dicerē: Pater dimitte illis, non em̄ ſciunt quid fa Lu. 23
ciunt: & ipſi pertinaciter contra me mendacia locuti ſunt. Nam & militibus copioſam de-
derunt pecuniam, dicentes: Dicite quia diſcipuli nocte uenerunt, & furati ſunt eum, nobis Mat. 28
dormientibus: & ſi hoc auditū fuerit à præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros uos facie⁹.
At illi accepta pecunia, fecerunt ſicut erant docti. Et diuulgatum eſt apud Iudæos uerbū
iſtud uſq; in hodiernū diem. Hæc & huiuſmodi mendacia contra me locuti ſunt & loqui
non deſinunt. ⌊ Et non clamauerunt ad me in corde ſuo, ſed vlulabant in cubiculis
ſuis. Super triticum & vinum ruminabant, & receſſerunt a me. ⌋ Diligēter in uerbis
iſtis diuinā perpendamus iuſtitiam, quia hic cauſa eſt propter quā carnalis Iſrahel exiſtime
tur uel reputetur Edom ſiue Eſau, & non Iſrahel. Et non clamauerunt (inquit) ad me, ſed
ululabant. Quidnam eſt clamare ad dominum, niſi deſiderare dominū? Cæterū ſi quis ora- Clamor ad
tionē multiplicet, quantūuis clamando & lachrymando, nō habēs intentionē in hoc, ut ip- deū pro terre
ſum mereatur habere deū, ſed ut aliud qd obtineat terrenū ſiue tranſitoriū nō ueraciter di- nis ululat⁹ eſt
ci poteſt clamare ad dominū, id eſt, ita clamare ut clamor eius ad domini dei perueniat au-
ditū. Iſte qui ſic clamat, nimirū ſimilis eſt Eſau, de quo ſcriptum eſt. Auditis Eſau ſermoni Ge. 27.
bus patris, irrugijt clamore magno & conſternatus, ait. Benedic etiā & mihi pater mi. Non
utiq; aliū quærebat benedictionis fructum, niſi hunc, ut in iſto ſeculo diues ac potens exiſte
ret. Iccirco poſtmodū ſequitur. Cumq; eiulatu magno fleret, motus Iſaac dixit ad eum. In
pinguedine terræ & in rore cœli deſuper erit benedictio tua. Sciebat enim quid quæreret

 et iccirco

& iccirco illius benedictionẽ eiuſmodi præfiniuit. Ait ergo. Et non clamauerunt ad me in
corde ſuo, ſed ululabant in cubiculis ſuis, id eſt nõ fuerunt mihi deuoti, cor eorum mecũ re-
ctum non fuit, non meipſum, ſed quæ mea ſunt, quæſierũt, & propter hæc eiulabant in cu-
biculis ſuis, id eſt in ſynagogis ſuis, quæ nimirũ non eccleſia mea, ſed cubicula ipſoꝝ ſunt.
Vere ululabant, quia ſuper triticũ (inquit) & uinũ ruminabant, ſola quæ uentris ſunt quę-
rebant, & receſſerunt à me, uidelicet nõ quærendo habere me. Hoc modo reuera non ad
Pſal. 23. generationẽ pertinent quærentium dominũ, quærentium faciẽ dei Iacob, ſed ad genera-
Heb. 12 tionẽ Eſau. Hoc ſentiens apoſtolus dicit ad Hebræos. Ne qua radix amaritudinis rurſum
germinans impediat, & per illã inquinentur multi, ne quis fornicator aut prophanus ut E-
ſau, qui propter unam eſcam uendidit primitiua ſua. Scitote em̃, quoniã & poſtea cupiens
hæreditare benedictionẽ, reprobatus eſt. Non em̃ inuenit pœnitentiæ locũ, quanq̃ cũ la-
chrymis inquiſiſſet eam. Vſq; hodie infelices Iudæi ſic ululant in cubiculis ſuis, neq; inue-
niunt pœnitentiæ locũ, ut benedictionem hæreditare poſſint, quanq̃ cũ lachrymis inqui-
rant eam. Quare? Quia non clamant ad dominũ in corde ſuo, ſed ſuper triticũ & uinũ ru-
minant, id eſt, non cœleſtẽ quærunt gratiã, non peccatoꝝ optant remiſſionẽ, nõ regni futu-
ri ſuſpirant gloriã, ſed ululant & ruminant, propter illius terræ iracundiã, in qua tritici & ui-
Pſal. 34 ni ſe habuiſſe recolunt abundantiam, ſicut in pſalmo ſcriptum eſt: & in iracundia terræ lo-
quentes dolos cogitabant. Nam quia terrã illam ab aduentu ſaluatoris noſtri, propter ſan-
guinẽ eius ſe amiſiſſe non ignorant, iccirco iraſcuntur, & zelo maligno inflammati blaſphe-
mant illũ. Et receſſerunt à me inquit. Vere receſſerunt, imò & legationẽ miſerunt poſt ip-
Lu. 19 ſum, dicentes. Nolumus hunc regnare ſuper nos. ⌊ Et ego erudiui eos, & confortaui
brachia eorum, & in me cogitauerunt maliciam. ⌋ Sententia hæc magnæ admiratiõis
habet ſenſum. Idem em̃ eſt ac ſi dicat. Ego, in quẽ cogitauerunt nequitiã, ego ille ſum q eru-
diui eos, ego ille qui confortaui brachia eorũ. Erudiui nimirũ dando legẽ, & docendo, non
eſſe uitam hominis tantũ in tritico & uino, ſuper quod nũc ruminant, ſed in ſermone dei.
Deu. 8 Quemadmodũ & Moſes dicit: Afflixit te penuria & dedit tibi cibũ manna, quem ignora-
bas tu & patres tui, ut oſtenderet tibi, quod non in ſolo pane uiuat homo, ſed in omni uer-
bo quod egreditur ex ore dei. Poſtquã erudiui eũ, poſtquã legem dedi illis, & circũduxi &
Pſal. 104 docui, cuſtodiendo quaſi pupillam oculi mei, tunc demũ confortaui brachia eoꝝ, conſtitu-
endo ſuper excelſam terram ut comederet fructus agroꝝ, & ita confortati ſunt, ut reges for-
tes occiderent, duces, principes, & reges eorum, & longo tempore poſſiderent labores po-
pulorum. Ille qui hæc feci illis, ego ipſe ſum in quẽ cogitauerunt maliciã, uidelicet hanc, ut
me crucifigerent. Dixerunt em̃. Suſpendamus eũ in ligno, & proinde maledictus erit, nec
Pſal. 117. reputabitur filius benedicti, de quo Pſalmiſta cecinit. Benedictus qui uenit in nomine do-
mini. Moſes nanq; ſcripſit, quia maledictus à deo eſt qui pendet in ligno. Hanc in me ma-
Deu. 21. liciam cogitauerunt, ſed hæc ipſa malicia eorum excæcauit eos, ut non uiderent ac ſcirent,
Ioh. 12 quod econtrario per crucem eius in omnes gentes benedictio, id eſt peccatorũ daretur re-
miſſio: & per eam omnia traheret ad ſeipſum. ⌊ Reuerſi ſunt ut eſſent abſq; iugo, facti
ſunt quaſi arcus doloſus. ⌋ Mira rebellio peruerſoꝝ, quibus quod in rectis corde ſuaue
Mat. 11. eſt & leue, importabile uidetur & ferre nõ poſſunt. Iugũ quippe domini ſuaue eſt & onus
eius leue: duræ autem ceruices & male fortes humeri illorũ ferre non potuerũt. Iccirco re-
Arc⁹ doloſus uerſi ſunt ut eſſent abſq; iugo, ut nõ haberẽt legem aut regem, malis uoluntatibus ſuis con-
tradicentẽ: ſed ita reuertendo facti ſunt quaſi arcus doloſus, id eſt ſemetipſos interfecerunt
ac perdiderunt in modũ arcus doloſi, qui retrocidente ſagitta, ipſum à quo tenditur, percu-
tit. Fugiendo nanq; iugũ dei ſiue imperiũ Chriſti, pernicioſum ſibi ſubierũt iugũ hominũ,
Pſal. 63. mortiferũ ſibi fecerunt iugũ Romani imperij. Imò & intendentes arcũ rem amarã, ut ſa-
gittarent in occultis immaculatũ: eodem arcu ſagittis ipſis in ſemetipſos reuerſis perierunt
Mat. 27. ſeſe æterna dãnatione percuſſerunt, dicendo. Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros
Hoc eſt quod continuo ſequitur. ⌊ Cadent in gladio principes eorum a furore lin-
guę ſuę. ⌋ Furor nanq; linguæ illoꝝ quaſi gladius acutus extitit, quemadmodũ Pſalmiſta ce-
Pſal. 63. cinit, q̃a acuerunt ut gladiũ linguas ſuas. Item, Filij hominum dentes eorum arma & ſagit-
Pſal. 56. tæ, & lingua eorum gladius acutus, furor linguæ eiuſmodi ille ſermo nequam extitit, quẽ

firmaue-

firmauerunt ſibi clamando: Tolle tolle, crucifige crucifige. Et hic linguæ gladius ſic acu- Lu. 2
tus, Mariæ quoq; animã pertranſiuit, iuxta dictũ Symeonis. Ab illo furore, id eſt, propter
illum furorem linguæ ſuæ cadent (inquit) in gladio principes eorum, & ſic factum eſt. Le-
gimus & miramur Ioſephum narrantem illud miſerabile excidium Hieroſolymorꝝ, in quo
ſic ceciderunt, ut nunquam ſuum poſſint recuperare ſtatum, foris Romanorum, intus gla-
dijs conciſi ſuorum conciuium & contribulium, ut multo aliter q̃ gladijs cecidiſſent Aſſy-
riorum ſiue Babyloniorum. Et merito, quia nimis longum traxerant peccatorꝝ funiculũ.
Ait em̃. ⌊Iſta ſubſannatio eorum in terra Aegypti.⌋ Et eſt ſenſus. Iſta peccantiũ in-
ſania non noua eſt, ſed inueterata, ex quo gens iſta nata eſt in terra Aegypti. Illic nanq; pa-
tres iſtorꝝ, qui ſubſannauerunt Chriſtũ dominũ legis & prophetarꝝ, ſubſannauerunt Mo- Rebellio Iudæorum contra Moſen.
ſen miſſum ſibi à deo ut liberaret eos de manu Aegyptiorꝝ. Licet em̃ clamarent ad dominũ
propter afflictionẽ & duram ſeruitutem, tamen mira dementia miſſum ſibi liberatorẽ ſub-
ſannauerunt, dedignando intelligere quod uiſitarentur & ſaluandi eſſent per illum. Hinc Act. 7
Stephanus protomartyr, cum præmiſiſſet. Exiſtimabat autem intelligere fratres ſuos, quo-
niã deus per manus ipſius daret ſalutem illis. At illi (inquit) non intellexerunt. Et poſt pau- Nu. 16
ca. Hunc Moſen, quẽ negauerunt dicentes, quis te conſtituit principẽ & iudicẽ? Hunc de-
us principẽ & redemptorem miſit, qui accepit uerba uitæ dare nobis, cui noluerunt obedi-
re patres noſtri, ſed repulerunt & auerſi ſunt cordibus ſuis in Aegyptũ, dicentes ad Aarõ: Exo. 32.
Fac nobis deos qui præcedant nos: Moſi em̃ huic, qui eduxit nos de terra Aegypti, neſci-
mus quid factum ſit. Et uitulum fecerunt in illis diebus. Ergo quod in Aegypto ſubſanna-
tio illorum iam ſæuierit, palàm eſt, & ex ipſorum quoq; uerbis atteſtantibus poteſt colligi. Exo. 14.
Cum em̃ perſequeretur eos Pharao, illi uidẽtes exercitum eius, dixerunt. Forſitan nõ erãt
ſepulchra in Aegypto, ideo tuliſti nos ut moreremur in ſolitudine. Quid hoc facere uolu-
iſti, ut educeres nos ex Aegypto? Nonne iſte eſt ſermo quem loquebamur ad te in Aegy-
to, dicentes: recede à nobis ut ſeruiamus Aegyptijs? Illic nimirũ teſtantur ſe illum repuliſ-
ſe mira inuidentiæ crudelitate, ut cum clamarent ad dominum ob ſuam liberationem, perſo-
nam liberantis odirent: & cũ ſibi ſalutem cuperent, illi perſonæ, quam nouerant gloriã mi-
niſterij ſalutaris inuiderent. ¶ Eodem morbo corrupti, cũ regem nimis importune quæſiſ- Malicia eorũ
ſent, datam ſibi ſecundũ cor domini perſonam odere regnantẽ, inuidebantq; gloriæ trium- cõtra Dauid.
phatoris, cuius contra gentes inimicas gloriabantur triũphis, in tantũ ut contra illum ſuſci-
perent filium eius Abſalon, deinde Seba filiũ Bochri, deinde Hieroboã filiũ Naboth ſe- 2. Re. 15
mel & iterꝝ dicẽtes, nõ eſt nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Iſai. Eadẽ iniquitate
ſiue ſubſannatione pſeuerãte, cũ regẽ magnũ p prophetas p̃nunciatũ expectaſſent Meſſiã,
ad magnã generis ſui gloriã uenientis odere pſonã, & illã, quã ex lectione poterant aĩaduer-
tere Chriſti gloriã ſtanti in medio ipſorꝝ pſonæ nimis crudeliter inuidebant. Igitur iſta ſub-
ſannatio eorꝝ ĩ terra Aegypti, id eſt, ſic ſubſannauerũt Moſen in terra Aegypti: ſic ſubſan-
nauerũt Chriſtũ filiũ dei, ſic ſubſannauerũt Dauid, ſic ſubſannando negauerũt Moſen, ne-
gauerũt Dauid, negauerũt Chriſtũ ante faciẽ Pilati. Et iccirco cadẽt in ore gladij (ut iã di-
ctũ eſt) propter iſtũ linguæ ſuæ furorẽ: propter iſtã ſuã ſubſannationẽ. Quid proinde faci-
as ò propheta? ⌊In gutture tuo ſit tuba quaſi aquila ſuper domũ dñi, pro eo q̃ trãſ- CA. VIII.
greſſi ſunt fœdus meũ, & legẽ meã preuaricati ſunt. Me inuocabant, deus meus,
cognouimus te. Proiecit Iſrahel bonũ, inimicus perſequetur eũ.⌋ Hæc annuncia
& annũciãdo in gutture tuo ſit tuba, quia uidelicet populo huic bellũ eſt, & nõ pax. Aqui-
la nãq; ueniet ſuper domũ dñi, id eſt Romanũ imperiũ, cuius militare ſignũ aquila erat, ue- Aquila cõtra
niet ſuper ciuitatẽ, in qua eſt domus dñi: In Ezechiele, ubi cõtra Iudã prophetia dirigit, de- Iudæos.
cẽ tribubus iã in Aſſyrios tranſlatis, per aquilã Nabuchodonoſor ſignificatur his uerbis.
Aquila grandis alarũ magnarꝝ longo membrorꝝ ductu, plena plumis & uarietate, uenit ad Ezech. 17
libanũ & tulit medullã cedri, ſummitatẽ eius auulſit, &c. Neſcitis quid iſta ſignificẽt? Dic.
Ecce uenit rex Babylonis in Hieruſalẽ, & aſſumet reges & principes eius, & adducet eos
ad ſe in Babylonẽ. Hic aũt ubi non aduerſus Iudã tãtũ, ſed aduerſus omnẽ Iſrahel prophe-
tia texitur, & quaſi tuba declamare iubetur: recte ſecundũ ſupra dicta per aquilã excellen-
tia Romani intelligitur imperij, cuius (ut iam dictũ eſt) militare ſignũ aquila fuit, ante ſuſce-

ptũ uexillũ crucis, eo ꝙ aquila rex auiũ eſſe dicatur, & cuius ob honorẽ Herodes quoq; au-
reã fixit aquilã ſuper templũ dñi, ut refert Ioſephus. Hæc aquila (inquit) ſuper domũ domi-
ni, id eſt, Romanũ imperiũ ad deſtruendã irrecuperabiliter ueniet gloriã ſacerdotij Iudaici.
Quã ob cauſam? Pro eo (inquit) quod tranſgreſſi ſunt pactũ meũ, & legẽ meã præuaricati
Pactũ dei cũ Salomone sunt. ¶ Poterat em̃ obijcere quis & dicere, quod iſtud deus faceret uel fieri ſineret, contra
ſuũ ſtatutũ, cõtra fœdus uel pactũ quod pepigit cũ patribus eoꝝ. Nã, ut de cęteris taceam',
nunc ad Salomonẽ, qui primus ædificauit illã domũ domini, taliter dixit. Exaudiui oratio-
3.Re.9. nẽ tuam & deprecationẽ, qua deprecatus es corãm me. Sanctificaui domũ hãc quã ædifi-
caſti, ut ponerẽ nomen meũ ibi in ſempiternũ. Sed uide quid poſtmodũ ſequitur. Si autem
auerſione auerſi fueritis uos & filij ueſtri, non ſequentes me, nec cuſtodientes mandata mea
& cærimonias quas propoſui uobis, ſed abieritis & colueritis deos alienos, & adoraueritis
eos, auferam Iſrahel de ſuperficie terræ quã dedi eis, & templum quod ſanctificaui nomi-
ni meo, proijciam à conſpectu meo, eritq; in prouerbiũ & in fabulã cunctis populis, & do-
Verba pacti condicionalr posita. mus hæc erit in exemplũ. Ergo in pacto domus illa ſtetit, id eſt ſub cõditione ſeruandæ iu-
ſtitiæ, quam profecto ſeruandã ab illis nõ eſſe, deus præſciuit. Nã ſi ſeruandã eſſe p̃ſciret, ne-
quaq̃ conditionaliter illis bona ſua promitteret, totiens dicẽdo, ſi p̃cepta mea ſeruaueritis,
ſi in uijs meis ambulaueritis, quod in lege frequẽs, ſed abſolute & modo p̃dicatiuo uel pro-
miſſiuo, ſicut ad Abrahã locutus eſt in promiſſione ſeminis, qđ eſt Chrũs. Nõ em̃ dixit, ſi
Gene.jz. Ge.zz. egreſſus fueris de terra tua, ſed egredere (inquit) de terra tua, &c̃. & benedicã tibi, atq; in te
benedicentur uniuerſæ cognatiões terræ. Itẽq;, in repromiſſione nõ dixit, ſi feceris rẽ hanc
& nõ peperceris filio tuo unigenito, benedicẽtur in ſemine tuo oẽs gentes terræ. Quæ uni-
uerſaliter populo pro cultu tabernaculi uel domus dñi, pro cærimonijs ſeruandis promiſſa
ſunt, ſub cõditione poſuit prouidẽtia dei p̃ſcientis, quod cõditionẽ uel pactũ promiſſionis
nõ eſſent ſeruaturi, & ꝙ pactũ iſtđ irritũ facturi eſſent, ſicut & Hieremias uerbis declamat
manifeſtis. Cũ em̃ p̃miſiſſet. Audite uerba pacti huius, & facite illa, poſtmodũ hæc intulit.
Hiere.ij Et hi ergo abierunt poſt deos alienos ut ſeruirẽt eis, irritũ fecerũt domus Iſrahel & domus
Hiere.7. Iuda pactũ meũ quod pepigi cũ patribus eoꝝ. Itẽq; alio loco dicit: Et nolite cõfidere i uer-
bis mendacij, dicentes: Templũ dñi, templũ dñi, templũ dñi eſt: qm̃ ſi bene direxeritis uias
ueſtras & ſtudia ueſtra, habitatio uobiſcũ in loco iſto. Igitur cũ dixiſſet. In gutture tuo ſit
tuba, quia aquila ſuper domũ dñi, ne quaſi de mutabilitate argueretur, qđ abijceret domũ
quã prius elegiſſet uel in pactũ ſuſcepiſſet, cauſam reddidit protinus dicens, pro eo ꝙ trãſ-
greſſi ſunt fœdus meũ & legẽ meã p̃uaricati ſunt, quod idẽ eſt ac ſi diceret, quia pactũ meũ
irritũ fecerũt. Et iſta quidẽ cauſa contra Iudaicos flatus ſufficiens eſt, nec aliã audiri digni
ſunt q̃ diu ſuam uolentes ſtatuere iuſtitiã, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti, dum inter cætera, qui-
bus ſeſe aduerſus fidem Chriſti defendunt, illud quoq; ſubſannant dicendo conſequenter,
eſſe mutabilem deum, ſi domum ſuam nomini ſuo ſanctificatam abiecit, apud Chriſtianos
Aquila ſuper domum dñi. quæſiturus aliam. ¶ Qui autẽ iam pro emerita fide dignus eſt ut intret in ſanctuariũ domi-
ni, & intelligat in nouiſſimis eorum, cauſas alias audit & reddit, intelligit & dicit, quare ſu-
per illam domum domini aquila ſemel & iterum uenire debuerit. Semel nanq; uenit ſuper
4.Reg ult. illam Nabuchodonoſor, quẽ in Ezechiele (ut iam dictum eſt) per aquilã oportet intelligi,
& eandem domum incendio conflagrauit. Iterũ uenit Romanum imperium cum uictrici-
bus aquilis, & non ſolũmodo domũ illam, ſed & locum & gentem irrecuperabiliter tulit.
Semel uel primo permittente deo iccirco factum eſt, ut uetus illud ſacerdotium corripere-
tur. Secundo iccirco factũ eſt, ut omnino tolleret. Corripiendi nanq; atq; inſtruẽdi erant il-
z.Macha.ſ lius tẽporis tã populus q̃ ſacerdotes, ut ſcirent ipſi & ipſoꝝ poſteri, quia nõ propter locum
gentem, ſed propter gentem locũ elegit dominus, & quia auro & lapidibus, q̄bus præfulge-
bat illa domus, non magis q̃ fumo aut fauilla delectatur, niſi cordiũ corporũq; templa ſibi
ad habitandũ præparentur. Tollendũ autem omnino erat in aduentu Chriſti domus uel tẽ-
pli illius ſacerdotium, quia temporis illius ſacrificiũ nõ fuerat iuſſum, ſed permiſſum, donec
Sacrificiũ Iudæorũ nõ iuſſum, ſed permiſſum fuit. cũ iuſſu & præſentia Chriſti ueniret ſacerdotiũ neceſſariũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech.
Nam quod illud ſacrificiũ non fuerit iuſſum (ut iam dictũ eſt) ſed permiſſum, teſtatur ipſe
dominus in Hieremia, dicens: Holocauſtomata ueſtra addite uictimis ueſtris, & comedite

carnes, quia non ſum locutus cũ patribus ueſtris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de
terra Aegypti, de uerbo holocauſtomatũ & uictimarũ, ſed hoc uerbũ præcepi eis dicens. Hiere. 7
Audite uocem meã, & ero uobis deus, & uos eritis mihi populus, & ambulate in omni uia,
quã mandaui uobis ut bene ſit uobis. Ergo ſacrificiũ illud non iuſſum erat, ſed permiſſum.
Ad quid autem permiſſum? Ad hoc maxime, ut ordo illius carnalem retineret populum,
ne citius dilaberetur ad Aegyptiorũ, cæterarumq́ ſacrificia gentiũ, ut ſaltem ſub nomine
ueri dei pingues hoſtias carniũ ſacrificarent, à quibus omnino auelli nequaq̃ poſſent. Hoc
ipſum interea teſtari cœpit ſpũs ſanctus per os Dauid, quãuis ille in eadẽ religione ſacrificã
tium, ſtudioſiſſimus fuit. Ait eñ. Nunqd manducabo carnes tauroꝝ, aut ſanguinẽ hircorũ
potabo? Immola deo ſacrificiũ laudis. Nimirũ iſtæ uoces parũ profeciſſent ad decutiendũ Pſalm. 49.
ſuperciliũ illius ſacerdotij, ſi poſt aduentũ Chriſti ſtetiſſet & locus & gens, & nõ ueniſſet tã Oportuit tẽ
lis aquila ſuper illã domũ domini. Deniq; adhuc, poſtq̃ lapis ſuper lapidẽ nõ remãſit, Chri plum deſtrui.
ſtũ blaſphemant ubiq; terraꝝ captiui, & blaſphemando impedimentũ facere moliunt̃ cur-
rentibus quadrigis euangelij Chriſti: Quid facerent, ſi roborati in terra ſua conſiſtentes, do
mũq; illã ſplendidã ſuperſtitẽ habentes, tale ſuæ perfidiæ fulcimentũ digito demonſtrare
poſſent? Tali ergo debuit aquila ueniẽte domus dñi deſtrui, quẽadmodũ & Danieli ange-
lus p̃dixit. Et poſt hebdomadas (inquit) LXII. occiditur Chrũs, & nõ erit eius populus q Danie. 9
eũ negaturus eſt, Et ciuitatẽ & ſanctuariũ diſſipabit populus cũ duce uenturo, & finis eius
uaſtitas, & poſt finẽ belli ſtatuta deſolatio. Et deficiet hoſtia & ſacrificiũ, & in templo erit
abominatio deſolationis, & uſq; ad cõſummationẽ & finẽ perſeuerabit deſolatio. Nunc ad
literæ textũ reuertamur. Cum cauſam reddidiſſet, cur aquila uenire permitteretur ſuper do
mũ domini, dicendo, pro eo quod tranſgreſſi ſunt fœdus meũ, & legem meam præuaricati
ſunt, cõtinuo ſubiunxit. Me inuocabant, deus meus cognouimus te. Et eſt ſenſus. Mira im
pudentia, cũ ſint tranſgreſſores, cũ ſint præuaricatores, inuocant me, dicentes: Deus meus
deus meus cognouimus te. Tale eſt & illud in Eſaia: Me etenim de die in diẽ quærunt, &
ſcire uias meas uolunt, quaſi gens, quæ iuſtitiam fecerit, & iudiciũ dei ſui non dereliquerit. Eſa. 58
Mentiunt̃ ergo dicendo, deus meus cognouimus te. Ipſe dei filius refellit eos in hoc dicto
Eſt (inquit) pater meus q glorificat me, quẽ uos dicitis qa deus noſter eſt, & nõ cognouiſtis Iohan. 8
eũ. Quare? Nimirũ quia iuxta & illud qđ prophetauit Eſaias: Populus hic labijs me hono
rat, cor aũt illoꝝ longe eſt à me: Ita modis omnibus uerbis ipſoꝝ opera cõtraria ſunt. ¶ Ic- Eſa. 29.
circo protinus hic propheta ſubiũgit. Proiecit Iſrahel bonũ, inimicus perſequet̃ eũ. Quod Proiecit Iſra-
bonũ, uel quem bonũ Iſrahel proiecit, niſi deũ qui ſummũ bonũ, qui ſolus & ſumme bonꝰ hel bonum.
eſt, cui dicit, ore tenus deus meus cognouimus te? Deniq; illũ proiecit, non modo quia dũ
dũ dixit, non eſt nobis pars in Dauid neq; hæreditas in filio Iſai, & uitulos ſibi pro deo ſta-
tuit: uerũetiam quia quod maius eſt, dei filiũ extra ciuitatem proiecit, negãs eũ ante faciem 3. Regũ. 12.
Pilati, & foris inter ſceleratos proiectũ, crucifixit. Iccirco inimicus perſequetur eũ inquit, ni
mirũ iuxta maledictiones, quas præſcius Moſes in lege præſcripſit. Tradat te dñs corruen
tem ante hoſtes tuos. Per unã uiam egrediaris cõtra eos, & per ſeptẽ fugias, & diſpergaris p Deut. 28.
omnia regna terræ, ſitq; cadauer tuũ in eſcam cũctis uolatilibus cœli & beſtijs terræ, & nõ
ſit qui abigat. Quod ita factũ ſit, aſſertione noſtra nõ indiget. Sequitur. ⌊ Ipſi regnaue-
runt & non ex me, principes extiterunt & non cognoui. Argentũ ſuum & aurũ ſuum
fecerunt ſibi idola ut interirent. ⌋ Qui regnauerunt ex me? Nimiꝝ ipſi qui bonũ proie-
cerunt, primũ qui cũ Hieroboam receſſerunt à domo Dauid: deinde qui crucifixerũt, uel
negauerũt filiũ dei, filiũ Dauid. Primo uidendũ de illis regibus, q, regno ſciſſo à domo Da
uid, ſuper decẽ tribus regnauerũt, utrũ uere ex deo regnauerũt an nõ. Videtur nanq; repu
gnare uerbis iſtis illud, quod in illa diuiſione regni ſcriptum eſt. Apprehendensq́ Ahias Obiectio
palliũ ſuum nouum, quo opertus erat: ſcidit in duodecim partes, & ait ad Hieroboam. Tol
le tibi decẽ ſciſſuras. Hæc eñ dicit dominus deus Iſrahel. Ecce ego ſcindã regnum de ma- 3. Reg. 11.
nu Salomonis, et dabo tibi decẽ tribus. Item, cum congregaſſet Roboam multitudinẽ ex-
ercitus, ut reduceret regnum ſibi, factus eſt ſermo domini ad Semeiã uirũ dei, dicens: loque
re ad Roboã et ad omnẽ domũ Iuda dicens. Non aſcẽdetis, nec bellabitis contra fratres ue- 2. Para. 11.
ſtros, filios Iſrahel. Reuertatur uir in domum ſuam, à me enim factum eſt uerbum hoc.

Hæc(ut iam dictũ eſt)repugnare uidentur uerbis iſtis.Ipſi regnauerũt & non ex me,prin-
cipes extiterũt,& non cognoui.Sed abſit ut ſanctæ ſcripturæ uerba ſibimet repugnantia
Solutio. uel contraria ſint.Quærimus ergo qualiter & ueritas hiſtoriæ conſiſtat,& nihilominus ue
ra ſit hæc ſententia prophetica.Hoc intendentes,originẽ perpẽdimus illius mali uel ſchiſ-
matis,quia nimirũ facto illo prior extitit quod hiſtoria narrat expletũ per manus Ahiæ Sy
Odiũ Iſrahel lonitis,& cõfirmatũ per Semeiã uirũ dei.Quænam illius mali origo fuit,niſi odiũ quo Iſra
cõtra Dauid. hel regem ſuũ Dauid ſemper odio habuit? Nunq̃ enĩ uolens ſapientiã fortitudinẽ atq; hu
militatẽ,qui fuere tres primi fortes Dauid pplus ille ſuſtinuit,utpote malis intentus ſtudijs
& idolatriæ cultu:cui ſeruire non poterat regnante Dauid.Huius rei ſummum illud indi-
cium fuit,quod cum nõ haberent alium quẽ ſtatuere poſſent ſuper illum depellendum fili-
um eius Abſalon ſuſceperũt.Verum quàmdiu uixit Dauid,quàmdiu filius eius Salomon
cum ſapientia proceſſit,peccata illorum conſummari non potuerunt,ut liceret eis iudicio
dei peruenire ad effectum.At ubi merita domus eiuſdem Dauid,quæ peccatis illorũ præ-
ponderauerant ſic infirmata ſunt,ut Salomon per fornicationes deprauatus ſeruiret dijs a-
3.Reg.11 lienis,tunc demum manum ſuam deus ſubtraxit,& præualens Iſrahel contra domum Da
uid,uelut equus indomitus ſeſe excutiens,frenum rupit,& abijt,ſuiſq; ſtudijs congruum
ſeſſorem Hieroboam ſuſcepit. Hoc nimirum ex deo nõ fuit,& iccirco nunc dicit.Ipſi reg-
nauerunt & non ex me,principes extiterunt & non cognouit. Vt autem nõ poſſet eos re-
tinere uel reuocare Roboam,diuino factũ eſt iudicio,atq; iccirco illic ait:à me enĩ factum
Reges Iſrahel eſt uerbũ hoc.¶ Ad ſummũ eius ſententiæ,qua dictũ eſt,ipſi regnauerunt & non ex me,il-
abſq; unctiõe lud pro foribus argumentũ eſt,qui regnauerunt abſq; legitima dei unctione.Vnctio nanq;
regalis in domo Dauid & in tribu Iuda remanſit:reges autẽ decẽ tribuũ abſq; unctione re-
gnauerunt.Sane unus Iehu filius Ioſaphat filij Manſi,quãtulacunq; unctione rex conſti-
tutus eſt,& hoc ex domino,uerũtamen non eundem Iehu comprobante,ſed condignã de
domo Achab ultionem exigẽte.Tantummodo lenticulã olei fundens ſuper caput eius u-
nus de filijs prophetarũ dixit.Hæc dicit dominus deus Iſrahel.Vnxi te regem ſuper po-
4.Reg.9. pulum domini Iſrahel,& percuties domum Achab domini tui,& ulciſcar ſanguinẽ ſeruo-
rũ meorũ prophetarum & ſanguinem omniũ ſeruorũ domini de manu Iezabel,perdã oẽm
domũ Achab,&c.Iſte unus regnauerit ex domino,& principẽ illũ cognoſcere deus utcũ-
q; dignatus ſit,uerũtamen tantũmodo ad uindictã,quia domũ Achab deleuit,& Baal ex-
terminauit:nõ aũt ad gratiã,quia peccata Hieroboam,id eſt uitulos aureos,non dereliquit
Quapropter uera undiq; eſt ſententia.Ipſi regnauerũt & nõ ex me,principes extiterunt &
nõ cognoui:quia præter iſtũ unũ unctũ unctionis imperfectæ,cæteri oẽs,ſicut abſq; uncti
one,ita regnauerũt abſq; uocatione diuinæ gratiæ.Nunc demum & de illis animaduerten
dũ,q uſq; adeo receſſerũt à domo Dauid,ut crucifigerẽt filiũ Dauid filiũ dei,q̃ uere dictũ
ſit.Ipſi regnauerũt & nõ ex me,principes extiterũt & nõ cognoui.Recte enĩ hoc in repro-
bationẽ illorũ debuit prophetari,q utiq; uoluerũt tẽporalr in hoc ſeculo extolli abſq; adiu-
Matth.21. torio uiſitantis gratiæ dei:ſicut in euãgelica parabola ipſe dñs innuit,cũ dicit.Agricolæ au
tẽ uidẽtes filiũ,dixerũt intra ſe.Hic eſt hæres,uenite occidamus eũ,& noſtra erit hæredi-
tas,& apprehenſum eũ,eiecerunt extra uineã,& occiderũt.Quid hæc parabola innuit,niſi
quia ſcribæ & phariſæi uidentes Ieſum,nõ ignorauerũt,ſed oderũt illũ:quẽadmodũ & ipſe
Iohã.15. dicit.Nunc aũt & uiderũt & oderũt & me & patrẽ meũ? Cũ enĩ agricolæ dixerunt,hic eſt
hæres,nemo eſt in eis q ſe de ignorãtia excuſet.Ergo cũ dicũt,uenite occidamus eũ,& no-
ſtra erit hæreditas:recte & ueraciter dicat is q occiditur.Ipſi regnauerũt & nõ ex me,id eſt
Matth.23. uoluerũt ſine me regnare,& ſine me diuites eſſe,ſedẽdo ſup cathedrã Moſi,& p̃dã facien-
do de pplo,ita ut mentã quoq; & anetũ decimarent,nõ curando iuſtitiã & fidẽ,&c.quęcũ
Idẽ.21 q; grauiora ſunt legis.Sed cũ illi ore ſuo ſemetipſos iudicantes dixiſſent,Malos male perdet
& uineã ſuã locabit alijs agricolis,quid iſte intulit? Ideo dico uobis(ait)quia auferetur à uo
bis regnũ dei,& dabitur genti facienti fructus eius.Igitur quod ait.Ipſi regnauerunt & nõ
ex me,principes extiterunt et non cognoui,idem eſt ac ſi dicat.Ipſi quidem regnare uolu-
erunt,ſed auferetur ab eis regnũ dei,quia non regnare uoluerũt ex me,et in principatu ſuo
cognoſcere noluerunt me,ſuæ modis omnibus ſtudentes auaritiæ.Nã hoc eſt qđ ſequit.

Argẽtũ

Argentum ſuum & aurum ſuum fecerunt ſibi idola ut interirent. Et eſt ſenſus. Argẽtum
& aurum plus dilexerunt q̃ deum, imò ne ullum auri & argenti detrimentum paterentur,
oderunt Chriſtum & patrem eius deũ, oderunt & crucifixerunt Chriſtum dei filium. La-
trocinabantur eñ in illo dei templo, aurũq; & argentum ſibi congregabant, prædã facien-
tes de populo. Nonne aũt Aplus Chriſti teſtatur, quia auaricia ſimulachrorũ eſt ſeruitus? Coloſ.5
Recte igitur ait, quia argentũ ſuum & aurũ ſuum fecerunt ſibi idola, quia ſimulachrorum
ſeruitus e ſt auaricia, maxime in illis qui præſentes habentes Chriſtũ dei filium, cõtra ipſorũ
auaritiã diſputantẽ, argento & auro magis fauerunt, & aduerſariũ mammonæ, id eſt cõtem
ptorem argenti & auri Chriſtũ interfecerunt. Quo fructu? Qua mercede? Vt interirent,
ait. Etenim fructus idolorũ eiuſmodi, fructus mammonæ, fructus argenti & auri, interitus
eſt animæ illorum & corporis. Interierunt ſpiritualiter inuiſibilibus malignorũ ſpirituum
phantaſiis, interierunt corporaliter uiſibilibus Romanorũ gladijs. Itaq; uicit domus Dauid
uicti ſunt oẽs, q receſſerũt à domo Dauid. Sequitur ergo. [ Proiectus eſt vitulus tuus
Samaria, iratus eſt furor meus in eis. ] Longa quidẽ concertatio facta eſt inter domũ
Dauid & uitulos aureos quos Hieroboã fecit, ſed tandẽ uicit domus Dauid: uicit (inquã)
qñ Chriſtus filius Dauid in crucẽ aſcendit. Ibi cornu Dauid, cornu ſalutis, productũ & e-
rectũ nobis in domo Dauid cõfregit, proiecit, atq; cõtriuit uitulũ Samariæ, id eſt, oẽm im
pietatẽ diuidentẽ ſe à domo Dauid: In qua princeps ſedet nũc ipſe filius Dauid, cuius uide
licet diuiſionis initiũ ſæpedictus ille materialis uitulus Samariæ extitit. Et pulchre, cũ duo
fuerint uituli, ſingulariter nũc proiectus eſt, uitulus inquit. Plus eñ ſignificat, q̃ ſi dixiſſet,
duo uituli, ſicut interdũ ſingulariter per militẽ plus intelligimus q̃ per milites pluralr. Mili-
tem nanq; dicere ſolemus, exercitũ ſignificantes. Proiectus ergo (inquit) eſt uitulus tuus
Samaria, id eſt cecidit omnis idolatria, & ab illo principe domus Dauid, deo & hoĩe Chri-
ſto ſententiam acceperunt, Omnes dij gentiũ dæmonia, & princeps mundi huius eiectus Pſal.95.
eſt foras. Illud quoq; perpulchrũ eſt attendere, quod loco præſenti Samariã cõpellat, quia Ioh.12.
uidelicet quãdo paſſionis Chriſti ſacramento deſtrui cœpit error ſiue idolatria, fieri hoc cœ
ptũ eſt à Samaria. Cũ eñ Hieruſalem non ſuſciperet, imò perſequeretur, fidem Chriſti, ſi-
cut ſcriptum eſt. Facta eſt aũt perſecutio magna in eccleſia, quæ erat Hieroſolymis, & oẽs Act.8.
diſperſi ſunt per regiones Iudææ & Samariæ. Samaria uerbũ dei cũ gaudio magno ſuſce-
pit, ſicut ordo lectionis in actibus apoſtolorũ patenter depromit. Iratus eſt (inquit) furor me
us. In quibus uel contra quos iratus eſt, niſi in illis uel contra illos qui uitulũ fecerũt, qui ido
latriam pertinaciter ſectati ſunt, qui propter ſimulachrorũ ſeruitutẽ à domo Dauid receſſe-
runt, imò natum de domo Dauid, Chriſtum negauerunt? Nimirum inter iſtos concludun
tur, & maxime ſunt uel fuerunt ſcribæ & phariſæi. Et iccirco iam ex tunc templũ uel alta-
re illorũ, non altare dei, ſed uitulus Samariæ meretur dici. Ecce furor dñi iratus eſt in eis, &
uitulus eorũ proiectus eſt, domus aũt Dauid magnificata eſt. Templũ quippe & ſacrificiũ
illorũ ablatũ eſt, Chrũs aũt & eccleſia eius in æternũ manet: Et quare iratus eſt furor meus
in eis? Videlicet, quia nõ poſſunt emundari. Nam hoc eſt, quod admirando pariter & iter-
rogando, cõfeſtim ſubiungit. [ Vſq; quo non poterunt emundari? Quia ex Iſrahel
ipſe eſt. Artifex fecit illum, & non eſt deus. ] Cum interrogando dicit. Vſq; quo nõ po
terunt emũdari, ſubaudiri uult in æternũ. Et cauſam reddit, cur in ſempiternũ non poſſunt
emundari. Quia ex Iſrahel ipſe eſt (inqt) artifex fecit illũ. Cauſa hæc diligẽter animaduertẽ
da eſt. Sciendũ in primis, incorrigibilẽ eſſe illũ, qui nõ per ignorantiã in mendaciũ cadit, ſed
per maliciã de corde ſuo mendaciũ confingit. ¶ Ille nanq; uerbũ dicit cõtra ſpiritũ ſanctũ,
qui ſciens ueritatẽ dei, cõtra, mendaciũ cogitat, & ueritatẽ in mendacio detinet, ſicut aplus Pctm̃ in ſpiri
dicit: Quicunq; talis eſt, reus eſt æterni delicti, & nõ remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neque tum ſanctum
in futuro, quia ex ipſo eſt quod facit aut dicit, non ab alio ſeductus, ſed de corde ſuo ſedu- Mat.12.
ctionem confingens: & proprio iudicio condemnatus. Nimirum talis ille Hieroboam ex
titit, & hoc ſacræ ſcripturæ conditor ſpiritus ſanctus nobis intimatum eſſe uoluit, peccatũ Tit.3
eius exprimens uerbis huiuſcemodi, dixit Hieroboam in corde ſuo. Nũc reuerretur regnũ
ad domum Dauid, ſi aſcenderit populus iſte ut faciat ſacrificia in domo domini in Hieru-
ſalem, & conuertetur cor populi huius ad domum ſuam Roboam regẽ Iuda, interficiẽtq; 3.Re.12.

me, &

me,& reuertentur ad eũ. Et excogitato cõſilio fecit duos uitulos aureos,& dixit eis. Nolite
ultra aſcendere in Hieruſalem. Ecce dĳ tui Iſrahel,ꝑ eduxerunt te de terra Aegypti. Vera
igitur impoſſibilis emundationis cauſa,quam dixit,quia ex Iſrahel ipſe eſt, artifex fecit illũ,
id eſt,quia Iſrahel & rex eius Hieroboam non aliunde inductus aut ab alio ſeductus,aureũ
uitulum putauit eſſe deũ,ſed artifitio malicioſo cõfinxit illũ,ſciens eũ nõ eẽ deũ,& hoc ſolũ
intendens ut populus ſibi ſubditus,tali preſtigio faſcinatus,uerũ nequaq̃ requireret deum.
Iccirco nõ potuerũt emũdari,& in illo peccato cuncti reges Iſrahel cordis fuere impœnitẽ
tis ¶ Porro Baal non ita ſuſceptus eſt,ut dici poſſet quia ex Iſrahel ipſe eſt quia uidelicet ne
Baal nõ ex Iſrahel fuit, ſicut uituli aurei. quaq̃ Iſrahel ſiue rex Iſrahel illũ de corde ſuo artifici cõmẽto cõfinxit,ſed Ihezabel a ſydo
ne aduenięs,ſecũ illum aduexit,& ſuſcepit eum Iſrahel pro fauore reginę & regis Achab,
pellecti nimiũq; proni ad ſeruiendũ ſęuitie muliebri,& iccirco quãdoq; potuerũt emũdari
ut non collerent illũ,ſicut in eiſdem ſacris habemus litteris. Iehu nãq; ſtudioſe ſuper hoc fe
4. Re. 10. cit quod rectum erat & placebat in oculis dñi, & deleuit Baal de Iſrahel Non ita peccatum
Iudæ extitit quãuis & Baal & cætera Idoloꝝ portenta coluerit. Nullũ quippe illorũ ex ip
ſo fuit,ſed aliunde accepit,& iccirco emundari potuit,aliquotiens emundatus eſt, ſicut le
gimus,quia rex ille,& ille ſtatuas uel ſimulachra confregit,lucoſq; ſubuertit, & fecit quod
rectum erat in oculis domini. ¶ At poſtquam eo peruentum eſt, ut peccatum peccarent
Iudæi,de quo ueraciter dicas,quia ex ipſis eſt, & quia peccati eiuſdem fuere artifices, iam
non poſſunt emundari. Quod illud peccatum eſt? Nimirum illud mendacium aureolum,
quod fabricati ſunt dicentes: blaſphemauit,quia dixit ſe filium dei benedicti, & ſi dimitti
Mar. 14 mus eum,ſic omnes credent in eum,& uenient Romani,& tollẽt noſtrum & locum & gẽ
Joh. 11. tem. Quod (inquam) fabricati ſunt,dando pecuniam copioſam militibus,ut dicerent quia
Mat. ult. diſcipuli eius nocte uenerunt & furati ſunt eum,nobis dormientibus. Sicut ueraciter illic
de uitulo dictum eſt,quia ex Iſrahel ipſe eſt,artifex fecit illum,& non eſt deus. Ita & hic ue
raciter dicas de hoc mendacio,quia ex Iſrahel ſiue ex Iudæis eſt,artifex fecit,id eſt malicio
ſa mens excogitauit & cõfinxit illud,& non eſt uerum. Vtrunq; etenim excogitato ſiue ac
cepto conſilio,factum eſſe,ſcriptura refert. Et ſicut illic cum lingua foris uitulum oſtentãs
diceret,iſti ſunt dĳ tui Iſrahel,conſcientia teſtis intus refragabatur,ſciens et dicens, quia nõ
eſt deus: Ita et hic,dum conſultarent,et per pecuniam obtinerent,quatinus uerbum hoc di
uulgaretur, furati ſunt eum nobis dormientibus,ſciebant, et conſcientiam refragantem in
tus audiebant,quia non eſt uerum. Poſtquam ſic peccauerunt, non ueritatem ignorando,
ſed mendacium excogitando iam emundari nõ potuerunt,iam nõ remittitur eis neq; i hoc
ſeculo neq; in futuro,quia tale peccatũ conſequitur impœnitens cor,ſemper reſiſtẽs ſpiri
tui ſancto. Vtrunq; proiectũ eſt,et ille uitulus,ad quẽ tranſuerſi ſunt olim recedentes à do
mo Dauid,et illud ſimulachrũ auaritiæ,cui ſeruientes crucifixerunt Chriſtũ filiũ Dauid,et
iratus eſt furor dñi in eis. Vere proiectus eſt uitulus. Sequitur enĩ. ⌋Quoniam in arane
arum telas erit vitulus Samarię.⌋Item, Vere iratus eſt furor eius in eis, Vnde et pro
tinus ſubiungit.⌊Quia inuentum ſeminabunt, ⁊ turbinem metent. Culmus ſtans
non eſt in eis germen,nõ faciet farinam. Quod ⁊ ſi fecerit,alieni comedent eam.⌋
Ab his experimẽtis utrunq; cõprobatur,et qđ uitulus proiectus ſit,et ꝙ furor dñi iratus ſit
in eis. Magnã quippe proiectionẽ ſiue abiectionẽ demonſtrat hoc argumentũ, qđ uitulus
quondã præcultus aureolus,et ob frequentiã feſtiuitatũ perpolitus, derelinquitur in telas
arenaꝝ,id eſt,ita negligitur,ut uacet araneis,ſuaꝝ cõtexione telaꝝ totũ cooperire, et ſordi
dare uitulũ. Hoc ita,ut dicitur,factũ eſt per paſſionis Chriſti triũphũ,nõ tantũ in uitulo Sa
mariæ,ſed in cunctis ſimulachris gentiũ. ¶ Nihilominus et uitulus mẽdacĳ Iudaici,de q̃ iã
Tela araneæ, mendaciũ Iudæorum. dictũ eſt,factus eſt in telas araneaꝝ, id eſt tã infirmũ eſt atq; inualidũ cõtra ueritatẽ, ut ſunt
telæ araneaꝝ. Hinc Eſaias dicit. Oua aſpidum ruperunt,et telas araneæ texuerũt, Telæ eo
Eſa. 59. rũ nõ erunt in ueſtimentũ,neq; operiẽtur operibus ſuis, Exẽpli gratia, ut appareat q̃ facile
mendacium illorum ſolui poſſit,dicimus eis. O milites uigiles, qui dicitis, ut eſtis docti,
quia diſcipuli eius uenerunt nocte,et furati ſunt eum nobis domientibus: ſi dormiſtis (ut di
citis) unde hoc ipſum ſcire poteſtis, quod uenerint et eum furati ſint? Ergo telas araneæ
texuiſtis uos, et conſiliarĳ ueſtri, quia quàm facile ſoluitur tela araneæ, diſſipatur: et
ueſtri

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& ueſtri compoſitio mendacij. Item. Magnam innuit iram, quod ait, quia uentum ſemina-
bunt, & turbinẽ metent, culmus ſtans non eſt in eis germen, non faciet farinã. Et, quod &
ſi fecerit, alieni comedent eã. Belli quippe turbinẽ & famem panis ſonant hæc ſono litera-
li, ſed longe grauiora ſunt quæ intelligimus ſenſu ſpirituali, ſcilicet turbinem iudicij æterni
& famem audiendi uerbũ dei. At ille populus eiuſmodi erat, qui ſpiritualia ſiue inuiſibilia
hæc mala pertimeſceret, præſentia tantũ & corporalia cupiens bona, metuens mala. Ergo
ſecundũ eius puerilẽ intellectũ, bene literã hoc modo contexuit, ut exterius ſonet famẽ pa
nis, interius ſignificet famem audiendi uerbũ dei, qua uidelicet fame nunc ille populus pe-
rijt. Ventũ aũt ſeminabunt, id eſt, opera inutilia facient, & ſicut uentũ ſolet ſequi turbo tem
peſtatis, ſic opera illorum ſine dubio ſequetur ualida tempeſtas iudicij dei. Culmus ſtans a-
pud eos, litera eſt legis & prophetarum, & iſte culmus non eſt germen, ſiue non habet ger- Culmus ſtans
men in eis. Notandũ diligenter, quod cum dixiſſet, culmus ſtans, nequaquã ait, non eſt in lrã eſt legis.
eo germen: ſed non eſt in eis germen. Denique in culmo ſacræ literæ eſt germen ſiue granũ
ſpiritualis intelligentiæ, ſed non in eis, quia non intelligunt ſpiritũ uiuificantem, ſolamque ru
minant literam occidentem. Hoc ipſum repetit uerbis alijs, dicendo: non faciet farinam,
quod & ſi fecerit, alieni cõmedent eam. Nam nõ faciet farinam, ſubauditur in eis, ſicut iam
dixerat, non eſt in eis germen. In quibus aũt eſt germen, aut facit culmus ille farinam? Ni-
mirũ in alienis, id eſt in gentibus, ſiue populis qui in Chriſtum credentes, de culmo literæ
illius comedunt ſpiritualis intelligẽtiæ farinam. Nam hoc eſt quod ait. Quod & ſi fecerit,
alieni comedẽt eam. Pro minimo eſſet infidelibus illis talem pati famem ſiue ſterilitatẽ, niſi
etiam corporaliter nunc præſentia mala ſuſtinerent. Sequitur ergo. [Deuoratus eſt Iſ-
rahel, nunc factus eſt in nationibus quaſi vas immundum, quia ipſi aſcenderunt
ad Aſſur.] Et eſt ſenſus. Deuorauerunt hoſtes Iſrahel, ita ut iã nõ ſit populus, ſicut prædi
ctũ fuerat, & ego prouocabo eos in eo qui nõ eſt pplus: ſiue & ego ad æmulationẽ uos ad- Pſal. 77.
ducam in non gentẽ, & cũ ciciderint in ore gladij, qui ſuperfuerint ex eis, captiui ducẽtur,
in oẽs gentes: & ubicunque fuerint pro immũdis habebũtur, ut uere ſunt. Ipſi eĩ ſunt qui cũ Iudæi in nati
blaſphemarent dominũ, dicentes: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia, tali- onibus imũdi
ter denotati ſunt. Cũ immundus ſpũs exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa, quæ- Mat. 12.
rens requiem, & nõ inueniens, dicit: Reuertar in domum meã unde exiui. Et cũ uenerit, in
uenit ſcopis mundatã, & tunc uadit & aſſumit ſeptẽ alios ſpũs nequiores ſe, & ingreſſi, ha-
bitant ibi. Et fiunt nouiſſima hoĩs illius peiora prioribus. De hoĩe nanque immũdus ſpũs ex
iuit, & per loca inaquoſa ambulauit: quãdo de populo Iſrahel per Moſen & Aaron cultũ
dei ſuſcipiente receſſit, & gentes poſſedit. Ibi requiẽ quærens, nõ inuenit: qa ueniens Chri
ſtus, expectatio gentiũ, fortiter iſtũ inquietauit, & foras miſit. Reuerſus ergo eſt in domũ
ſuam, id eſt in illius populi ſynagogã, quam quia inuenit ſcopis mundatã & ornatã, id eſt, per
hypocriſim pulchram ſuamque uolentes ſtatuere iuſtitiam, nunc ingreſſus habitat ibi, cum ſe-
ptem alijs ſpiritibus nequioribus ſe, ſcilicet cũ omni ſpiritu impietatis & blaſphemiæ. Re-
cte ergo dictũ eſt, nũc factus eſt in nationibus quaſi uas immũdũ, habitãtẽ quippe habet in
ſe ſpiritũ immũdũ: ipſæ aũt nationes uaſa immũda ſunt, direpta illi forti armato, quẽadmo
dũ ait ipſe Chrũs, ſemetipſum ſignificans. Aut quõ poteſt quiſque intrare in domũ fortis &
diripere uaſa eius, niſi prius alligauerit fortẽ, & tunc domũ illius diripiat? Sic immũdus Iſra Lu. 11.
hel cur factus eſt? Quia ipſi (inquit) aſcenderunt ad Aſſur: Aſſur, quod interpretatur diri-
gẽs, pleriſque ſcripturarum locis ſuperbũ diabolũ ſignificat, ut illic. Væ aſſur, uirga furoris mei
& baculus ipſe, in manu eius indignatio mea. Et poſt pauca. Et erit cũ impleuerit dominus Eſa. 10.
cuncta opera ſua in mõte Syon & in Hieruſalem, uiſitabo ſuper fructum magnifici cordis
regis Aſſur, & ſuper gloriam altitudinis oculorum eius. Ergo quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur
id eſt, quia ſeſe in ſuperbiam extulerunt, ita ut filij ſint Aſſur, ſicut dñs ait, uos ex patre dia-
bolo eſtis, iccirco quaſi uas immũdum facti ſunt in nationibus. Completa eſt igitur & illa
beatæ Mariæ prophetia, quam dixit: Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles, Eſu Ioh. 8.
riẽtes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Quia uidelicet propter ſuperbiã & diſperſi
ſunt, factique cõtemptibiles ubique terrarum, & culmus ſtans (ut iã dictũ ẽ) nõ facit in eis farinã. Lu. 1.
Quod & ſi facit, nos alieni eſurientes comedimus eam. Aſcenſum illum quod aſcenderunt ad

Aſſur

Aſſur, adhuc denotat ita ſubiungens. **Onager ſolitarius ſibi Effraim, munera dederunt amatoribus, ſed & cum mercede conduxerunt nationes.** Onager, id eſt, agreſtis aſinus, hominẽ ſtultũ atq; ſuperbũ ſignificat, ſicut in Iob ſcriptũ eſt: Vir uanus in ſuperbiam erigitur, & quaſi pullũ onagri, liberũ ſe natũ putat. Recte ergo per Onagrũ carnalis Iſrahel ſiue Iudæus hic intelligitur, qui uinclo domini ligari, & ad præſepe eius duci contempſit, ſicut in Eſaia ipſe dñs dicit. Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuũ, & aſinus præſepe dñi ſui, Iſrahel aũt me non cognouit, & pplus meus me nõ intellexit. Nã ſicut per bouẽ, qui poſſeſſorẽ ſuũ: & per aſinũ, qui præſepe dñi ſui cognouit, credẽs ac fidelis quiſq; intelligitur, ille de Iudæis, iſte de gentibus: ſic Iſrahel, qui dominũ eundẽ non cognouit, uel pplus qui eũ non intellexit, imò cognoſcere aut intelligere noluit, recte onager dicitur, id eſt, aſinus quidem, ſed ſupbus: aſinus præ ſtultitia, ſed infrenis & præſepij dominici cõtemptor uel ignarus præ ſuperbia. Iſte onager ſolitarius, id eſt, pplus à rectore deo profugus & ſolus, utpote dei deſertor & à deo deſertus, quid fecit aut quo declinauit? Munera (inquit) dederunt amatoribus, ſed & mercede conduxerunt nationes. Qualibus munera dedit amatoribus? Profecto amatoribus ſine fide, amatoribus amãtibus in ſimulatione, qui ſic amant ut amentes faciant q ſic amare ſimulant ut decipiant, ut uidelicet cũ animas deuocauerint à deo uero creatore ſuo, protinus denudatos & auxiliũ non habentes inuadant, ut poſſideant, ſuãq; tyrãnidem in eos exerceãt. Ergo ironice dictũ amatoribus, nam ueraciter dicere poſſet hoſtibus, tales Aſſyrij, cæteræq; nationes fuerunt, qbus Iſrahel miſiſſe munera refert hiſtoria ſacra, diuinũ non ſperantẽ auxiliũ. Vt uero de futuris more prophetico dictũ intelligas, tunc amatoribus munera dederunt, quando Chriſtũ filiũ dei crucifigentes, Barraban quaſi pro munere die feſti, non utiq; deo, ſed diabolo cunctiſq; malignis ſpiritibus, falſiſſimis amatoribus, certiſſimis deceptoribus, reſeruauerunt: & ob deſtruendã dominicæ reſurrectionis ueritatem mendaciũ ſupra dictũ copioſa pecunia militibus data cõparauerũt. Quid faciat dominus onagro huic, pplo huic, qui taliter effugit. Ait. **Tunc congregabo eos, & quieſcẽt pauliſper ab onere regis & principum.** Et eſt ſenſus. Quoniã ipſi effugerunt à me, cõgregabo eos in obſidionẽ & in gladiũ, prius Aſſyriorũ & Chaldæorũ, & deinde Romanorum, & deinde (ſicut ſuperius iam dixi) mltis diebus ſine rege & ſine principe ſedebunt. Et nota quod dixit, quieſcent pauliſper, quia uidelicet labor illis erant, & grande onus, habere reges & principes, qualiũ ſeueritas onagrũ illũ ad præſepe dñi religaret, quales fuere iudices, uſq; ad Samuel, per quos Iſrahel ſaluatus eſt: quales fuere reges, Dauid, Ezechias, & Ioſias: ac deinde rurſus principes, uſq; ad Machabæos duces, & ad ultimũ ipſe Chriſtus, regũ rex & principũ princeps. Iſti oẽs onus fuere illis, nec eos ferre poterant impatientes, tanq̃ ſub nimio pondere curui & anheli, propriæ uoluntatis amatores: quomodo pueri laſciui, & adoleſcentes petulantes, magiſtros ſeueros & pædagogos odiſſe ſolent auſteriores. Quieſcent pauliſper ab eiuſmodi onere requietione nimis damnoſa: nunc eñ dimittã eos ſecundũ deſideria cordis eorũ, ut eant in adinuentionibus ſuis. Quieſcent quidẽ, ſi pauliſper: quia cũ excuſſerint ſe occidendo ſcilicet maximũ regẽ & principẽ ſuũ, Chriſtũ, atq; hoc facto quieſcere ſe putauerũt diu ab onere uelut importabili, tunc alio prementur onere: nec requieſcent grauiſſimis hoſtibus ſuppoſiti. **Quia multiplicauit Effraim altaria ad peccãdum, factę ſunt arę ei in delictum, ſcribam ei multiplices leges meas: quę uelut alienę reputatę ſunt.** Cauſa hæc eſt malorũ ſequẽtiũ. Quomodo multiplicauit altaria ad peccandũ? Videlicet in eo quod aliud quid coluit extra unũ deũ, quod ſacrificauit extra ſanctuariũ uel ordinẽ legitimũ. Siquidẽ unus erat deus & unũ altare eius, quocunq; in loco uel quantiſcunq; in locis una fide nomen eius inuocatur: Ille aũt altare aliud fecit uitulo ſuo, q (ut ſupra dictũ eſt) non eſt deus. Hoc utiq; fuit multiplicare altaria ad peccandũ, & taliter extructæ factæ ſunt ei aræ in delictũ, quando Baal quoq; & cætera deorũ portenta ſuſcipiens, tot aras habuit, quot dæmonibus ſacrificauit. Reddam ei multiplicitatis uicẽ, nam q a multiplicauit altaria, multiplicabo & ego leges meas, noua lege reprobando ſacrificia quæ illis lex uetus inſtituerat. Vnde & ſequitur. **Hoſtias afferent, immolabunt carnes, & comedent, & dominus non ſuſcipiet eas.** Iſtæ leges carniũ & hoſtiarum uelut alienæ computantur ei, ſed tamen meæ ſunt. Nõne & Dauid hoc idem teſtatur, cũ dicit: Tu es ſacerdos

Iob. ij.
Eſa. j.
Onager, populus Iudaic⁹
Quieſcent pauliſper.
Pſal. 109

cerdos in æternū ſecundum ordinem Melchiſedech? Reprobauerunt illi altare meū & al-
taria ſua multiplicauerunt: reprobabo & ego ſacrificia carniū illorum, & multiplicabo le-
ges meas, quas illi per cæcitatem mentis intelligere non poterunt, & uelut alienas cōputa-
bunt, ſed tamen meæ ſunt. Immolabunt carnes, & dominus nō ſuſcipiet: immolabitur ſa-
crificiū nouū, & dn̄s ſuſcipiet. Non erunt ueteris & noui ſacrificij leges contrariæ, ſed mul
tiplices. Ipſi aūt dicunt eſſe contrarias, quia cæci ſunt. Scribere nihilominus, & ſcribere nō
deſinit eidem populo dn̄s leges ſuas, leges euangelicas. Notandum hoc eſt, quia nō dixit tā Excæcatio
tum, ſcribā leges: ſed ſcribā (inquit) ei, qui uidelicet leges ipſe multiplices, quas uelut alienas Iudæorum
cōputant, cōtinent in ipſius libris, teſtificatæ ſunt à lege & prophetis. Magna eſt hic uindi-
cta peccatoꝝ præcedentiū, ꝙ ſic cæci facti ſunt, uelut alienas cōputent leges iſtas, quaſcun 2.Cor.3
q; per doctores uel ſcribas euāgelicæ ueritatis, per miniſtros noui teſtamēti deus ſcribit, nō
litera, ſed ſpū: magna (inquā) dānatio, qđ à claritate iſta ſub uelamine cordis abſcondun tur
Hoc eſt qđ protinus ſubiungitur. ⌊Nunc recoꝛdabitur iniquitatis eoꝛum, ⁊ viſita-
bit peccata eoꝛum.⌋ Nunc em̄, id eſt in hoc ipſo qđ uelut alienas cōputant & nō ſuſcipi-
unt, nō intelligunt, aut intelligere nolūt leges iſtas, recordatur dn̄s iniquitatis eoꝝ, & excæ
catio hæc, uiſitatio eſt peccatoꝝ eoꝝ, quæ fecerūt à die q̄ primū in deſerto uitulū formaue-
runt, uſq; ad illū diē quo Chriſti ſanguinē fuderunt, ſicut uindex prædixit deus ad Moſen.
Ego aūt in die ultionis uiſitabo & hoc peccatū eoꝝ. Hæc eſt uindicta quam in pſalmo ſan Exo.32
guinis Chriſti repoſcens, cū dixiſſet: Et dederunt in eſcam meā fel, & in ſiti mea potauerūt Pſal.68.
me aceto. Continuo ſubiunxit. Fiat menſa eoꝝ coràm ipſis in laqueū, & in retributiones &
in ſcandalū. Obſcurentur oculi eoꝝ, ne uideant: & dorſum eorū ſemper incurua. Hoc idē
& in præſenti loco propheta ſecretius innuens, cōtinuo ſubiungit. ⌊Ipſi in Aegyptum
conuertentur.⌋ Aegyptus nanq; in tenebras transfertur. Eſt ergo ſenſus. Ipſi excæcabū-
tur & aggrauabunt cor, ſicut aggrauauit Pharao & Aegyptus. Vnde & Aplus, cū de ipſis
dolore intimo loqueretur, repente Pharaonē pro exemplo intulit hoc modo. Dicit em̄ ſcri
ptura Pharaoni. Quia in hoc ipſum excitaui te, ut oſtendā uirtutem meā, & ut annuncietur Rom.9.
nomen meū in uniuerſa terra. Eſt em̄ hoc ſimile illi, quia uidelicet ſicut Pharao & Aegy-
ptij uidendo magnalia dei, magis ac magis præ inuidia ſunt indurati & excæcati, ſic iſti, qui
debuerant eſſe Iſrahel, quanto maiorē ex iam dictis legibus audiunt gloriā Chriſti, tāto ma
gis indurantur & ſcandalizantur, & in blaſphemias offendunt & corruūt cæcis oculis. Ve
raciter ita dictū, ipſi in Aegyptū cōuertentur, id eſt fient Aegyptus: ſicut Aegyptij ſuper-
biendo atq; inuidēdo excæcabūtur atq; indurabūtur. Vnde ſequitur adhuc. ⌊Et oblitus
eſt Iſrabel factoꝛis ſui, ⁊ ędificauit delubꝛa.⌋ Idē em̄ eſt ac ſi dicat. Et cæcitas contin
git in Iſrahel, qua nimis obſcuratus, oblitus eſt factoris ſui, ſpem ſuā in deo nō poſuit. Et qđ
egit ille oblitus domini? Et ædificauit (inquit) delubra. Vere ergo in Aegyptū cōuerſus eſt
quia ſpirituali Pharaoni, id eſt diabolo, ædificauit habitacula, maiori ſeruitutis miſeria, q̄ o-
lim Pharaoni illi ciuitates Phyton & Rameſſes ædificauerāt. ⌊Et Iudas multiplicauit Exo.1.
vꝛbes munitas.⌋ Et eſt ſenſus. Non in domino cōfiſus eſt, ſed in ciuitatibus munitis, qua
ſi poſſint illū munitiones eiuſmodi deo aduerſante tueri. Sed uide quid contradicat deus:
⌊Et mittam ignem in ciuitates eius, ⁊ deuoꝛabit ędes illius.⌋ Hæc ſecundū præte
riti tēporis hiſtoriā ita ut dicunt geſta ſunt, quia ſicut hiſtoria Regū narrat, Quartodecimo
anno Ezechiæ aſcendit Sennacherib, & oēs ciuitates munitas cepit, diſtruxit, & igne com
buſſit. Deinde multo magis Nabuchodonoſor rex Babylonis, & ciuitatē Hieruſalē, tem 4Reg.18
plū quoq; combuſſit, ad poſtremū uero Romanus exercitus prophetiā hanc maxime ad-
impleuit, quia tunc ignis illius populi ædes irrecuperabiliter deuorauit. Spiritualiter delu- 4.Reg.ult.
bra & urbes munitæ, quas ille Iſrahel ſiue Iudas ædificauit et multiplicauit, ſupſtitiones fu-
ere et machinamēta impietatis, qbus ſeſe defendūt, ex quo Chrūs ueritas, & ueritatis propu
gnator aduenit, in quibus adhuc ſeſe quaſi muniti protegūt aduerſus prædicationē euange
licæ fidei, Propter quod et igni dupliciter ſunt traditi, iuxta illud de cātico Deuteronomij:
Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, et ardebit uſq; ad inferni nouiſſima. Deu.32.

FINIS LIBRI TERTII.